illa diminutio contingit circa materiam: ⁊ bonitatē non intrinſecā
⁊ ſic docto. hic intelligunt. l. paulus. al's creditor. de ſolutio. quod ſe
quitur ibi Barto. ad hoc dicta. l. cum quid. Tertius caſus quando
pecunia in ſolo valore eſt diminuta ⁊ perpetuo ante moram debito
ris. forte qꝛ ſola voluntate principis propter lucrū vel aliter hoc con
tingit. doct. s. tenent quod hoc ſit damnum creditoris vt ſufficiat
ſoluere de illa ſecundum numerum antique mutuationis hoc ſeq
tur Iaco. de are. Bart. hic: quia intrinſeca bonitas non eſt variata
per illam. l. cū quid. Odof. dicit ⁊ hoc plus mihi placet: quia debet
reddi in eſtimatione antique. de noua vel antiqua: quia bonitas in
pecunia reſpectu pecunie eſt ſolum reſpectu vſus et eſtimationis. ⁊
hoc poteſt dici intrinſeca bonitas: que eſt de fine: et principali effe
ctu pecunie: et in illa bonitate debet eam reſtituere materia enī ibi
pro nihilo eſt conſiderando pecuniam vt pecuniam. appreciatio enī
pecunie eſt bonitas eius que cauſat̃ ex materia ⁊ autoritate ⁊ forma
pecunie. Item quia ſi tota reprobata debetur ſecundum eſtimatio

nem antique. ergo ⁊ in parte diminuta. ff. de rei venditio. l. que de tota. de officio delega. paſtoralis. §. primo. Item. capitulū cum olim loquitur quando pecunia erat declinata in valore ⁊ ſic non ex toto ſublata ⁊c. Quartus caſus quando pecunia poſt debitum eſt diminuta in valore non perpetuo ſed temporaliter: quia ſic contingebat diminui ⁊ aliquando creſcere ⁊ aliquando decreſcere ſicut cōtingit in ducatis qui aliquando valent plus aliquando minus et ſufficit debitorem ſoluere in illa extimatione in qua erat pecunia ſecundū tempus ſolutionis: quia hanc variationem potuerunt cogitare: et ſi plus valuiſſent illud creditor noluiſſet: vt de antiqua ſolueret. velit ergo eius contrarium ſi contingat minus naturale. ff. de regul. iuris ſecundum naturam: et in regula qui ſentit. de regulis iur. libro ſexto. Item quia hec eſtimatio ex quo eſt variabilis ſecundum accidentiam temporis non eſt extrinſeca bonitas: ſed extrinſeca pecunie ⁊ ſolus communis valor tūc erit de intrinſeca bonitate. Ad hoc C. de ſolutio. l. penulti. ⁊ dicit ſic Jacobus. de are. vt recitat Cyn. in dicta. l. cum quid ⁊ Cyn. in dicta. l. in nummorum. hec vera quando obligatio ſurgit a partibus ſcientibus variationem monete: ſecus ſi ab ignorantibus. Item hec vera quando obligatio ſurgit ex contractu inter partes: ſecus ſi a maiore ignorante ſic ſolui mandante: quia tunc ſolui debet de moneta ſecundum communem curſum: vt not. gloſſ. de deci. in clemen. prima. ⁊ ibi Guiliel. de monte laudu. de quo plene ibi per Paulum. ⁊ in Specu. de ſolu. §. primo. Ultimus caſus quando alteratio contingit poſt moraꝫ debitoris: et hoc quā docunqꝫ liceret periculum eſt debitoris: nam de noua pecunia debet ſoluere ad eſtimationem antique. ſecundum tempus more: vt. l. vinum. ff. ſi certum petatur quod dicit Barto. verum quando pecunia eſt in obligatione que per aliam eſtimatur vt eſt moneta groſſa que eſt eſtimata per minutam: quia tunc dicitur eſtimatio diminuta: et in hoc datur damnum quod attenditur in diminutione patrimonij ratione more: ſed quando pecunia eſt minuta que non eſtimatur per groſſam dicit quod ſecus: quia non habetur ratione more ratio intereſſe lucri ceſſantis. l. ſterilis. §. cum per venditorem. ff. locati et ex quo; pecunia; eſt eſtimans tantum: ex ceſſatione eſtimationis non eſt hoc intereſſe niſi ratione lucri ceſſantis hoc puto ſi contingat variatio eſtimationis in minuta: quia groſſa augmentatur: quia tunc procederet ratio Barto. ſecus ſi eſſet hoc ex eo quia eſtimatio minute eſſet diminuta: quia hoc eſſet damnum emergens. Eſt tamen aduertendum quod eſtimatio caſualis: vel augmentatio attenditur quando eſt momentanea vnius vel duorum dierum vt lege precia rerum. ff. ad legem falcidiam. vt dicit Barto. in dicta l. paulus. hec procedunt quando obligatio ſurgit ex contractu: ſed ſi ex ſtatuto vel lege ſuperiorum: vt quia debentur ſalaria officialibus vel condemnationes. puta quod talis officialis debeat habere. decem libras vel talis debeat ex tali delicto damnari in decem tunc indiſtincte dicit Guilielmus. in Specul. de ſolutio. §. nunc aliqua in fine debere ſolui de moneta noua: quia mutata moneta conſequēter videtur mutatum ſtatutum. C. qui admitti ad bono. poſſeſſio. l. penultima. in fine. C. de conſtituta pecu. l. ſecunda. C. de rei vxorie actione. l. prima in autentica. de non alie. aut permuta. §. vt autem lex. extra de conſtitut. tranſlato. vbi ſi ex contractu vel ex teſtamento debentur procedit quod eſt dictum vt dicit ibi Specul. ⁊ Joan. and. Ex his deciditur q̄ſtio ſi moneta non eſt mutata: ſed obſeruata alia tamen eſt facta ⁊ melior ⁊ non eſt damnata debilior an tunc debeat ſolui de noua an de antiqua ⁊ tenet ibi Joannes andree in additione quod ſolui debet de antiqua ex quo non fuit in aliquo alterata adeo quod ſi princeps ſtatueret quod cēſus deberet ſolui amodo de bona moneta: quia tunc eccleſia cenſualis ex antiqua moneta non arctaretur ad ſoluendum de noua: quia ſtatutum intelligitur de cenſu ex nouo contractu non ex antiquo vel de bona moneta ad eſtimationem antique: quia non egit obligationem augmentare: ſed demonſtrare de qua moneta debet ſolui ad quod. ff. de legat. primo. l. quidā teſtamēto. Item hoc nō potuiſſet ſtatui ad preiudicium eccleſiarum. de conſtitutio. eccleſia. ⁊ capitulo que in eccleſiarū de reb. eccleſie non alienan. capitulo fina. ¶ † Quero quid ſi in ciuitate ſunt due monete quarum reſpectu dicitur ſolidum ⁊ libra: vt eſt Florentie ſi promitto centum libras. de qua intelligetur. dic indicabitur ſecundum conſuetudinem ciuitatis ⁊ veriſimilitudinem ſecundum Barto. in pannis ⁊ ſerico eſt ibi conſuetudo quod libra ſumitur ⁊ computatur ad florenos in alijs rebus aliter. Item habetur reſpectus ad veriſimilitudinem: quia ſi habita computatione ſecundum alterum modum appellandi res magni precij daretur pro modico vel res modici precij pro magno ſecundum aliam precium eſſet cōmune intelligetur in dubio de moneta ſecundū quam precium eſt commune vt. l. ſemper in ſtipulationibus ⁊ quod ibi nota. de regul.
14 iuris. ¶ † Quero an inuito creditore alia pro altera moneta poſſit ſolui. dic ſi non alteratur materia licet alteretur forma ex quo non leditur creditor compellitur recipere vt quia pecunia ex vtraqꝫ eſt de argento vel auro: quia ſufficit quod non damnificetur ita quod diminuatur eius patrimonium vt dicta. l. creditor ad hoc. l. ſi quis. C. de donationi. ⁊. l. prima. in fine. ⁊. l. titie. de auro ⁊ argento legato. Sed ſi vellet alterare materiam vt quia obligationem in auro vellet ſatiſfacere de argento vel de minutis vel econuerſo non poſſet: quia aliud pro alio ſolueretur vt hic. Idem frangeretur propter diuerſitateꝫ materie niſi aliud haberet conſuetudo loci vt habet alicubi quod obligationem in minuta ſatiſfecit in auro vel argento ex quo non habet ex hoc damnum. Quid ſi moneta inter cōtrahentes approbetur ab illis qui ſunt appoſiti a communi cuius expenſis debet fieri reſponſio expenſis communibus. l. prima. §. primo. ff. fin. re
15 gundo. ¶ † Querit gloſſ. de pena falſantis monetam. Dicit quod qui falſat monetam principis exuritur. C. de falſa moneta. l. ſecunda. Qui autem falſat monetam ciuitatis capite punitur. C. eo. l. prima. Sed ille qui nummos radit vel vngit ſi liber eſt dat ad beſtias: ſeruus vltimo ſupplitio punitur. ff. ad. l. cornel. de fal. l. quicūqꝫ. In quantum dicit comburi eſt verū quando moneta principis eſt enea quia ſi eſt aurea punitur: quia datur ad beſtias: ⁊ ſic dicit gloſſ. intellexiſſe Joan. et refert Goffre. ⁊ Hoſtien. Joan. defendiſſe quendam: qui falſauerat monetam ciuitatis Bononieñ. cum pena capitalis ſit multiplex. ff. de publicis iudi. l. ſecunda. de qua dicetur. j. de accuſationibus qualiter. ſecundo ⁊ pene ſint molliende. de peniten. diſt. prima. pene. Secundo gloſſ. ponit quedam ſpecialia in falſario monete. Primo quia quilibet tenetur ad accuſationem huius criminis. Secundo quia condemnatus non appellat. Tertia quia punitur ille in cuius domo falſa moneta cuditur licet ignoret. C. de falſa moneta. l. prima. Quarta ſecundum docto. q̄ꝛ accuſatori preſtat im
16 munitas ⁊ quilibet falſariū capere poteſt. ¶ † Quero an papa poſſit abſoluere a iuramento gloſſ. recitat opinio. vna que eſt Lau. q̄ꝺ clane diſcretionis precedente poteſt abſoluere: ſine cauſa non pōt ⁊ inter ceteras aſſignat duas cauſas quando ex obſeruatione ſequitur ſcandaluꝫ intolerabile vt hic: vel ſi malum exemplū prorogetur in multos. ſecunda opi. Hug. qui indiſtincte tenebat papam nō poſſe abſoluere a iuramento licito ⁊ omnia iura que dicunt eum abſoluere poſſe intelligit de iuramētis illicitis. allegata quia in his que ſunt de iure naturali vt in voto ⁊ iuramento papa nō diſpenſat. ad hoc infra eodem ⁊ ſi chriſtus. ⁊ quod ibi not. ⁊ de voto magne. Tan. fuit opi. quod quemlibet ⁊ a quolibet iuramento abſoluere poſſit. xv. queſtione. vj. autoritatem ⁊ diſpenſare poteſt in voto ⁊ illud cōmutare in aliud quod ſi magis deo acceptum de voto magne ⁊ ideꝫ in iuramento ex eiſdem cauſis. Cauſa autem non ſubſiſtente non poteſt illud papa immutare nec aliter diſpenſare: ſed in hoc multum diſcrepat a primis. Hoſtien. dicit quod ſola voluntate abſoluit papa quando intelligitur eius autoritas excepta. ⁊ infra capitulo proxi. de hac materia habetur de voto. c. primo. xv. queſtione. v. autoritatem. lxxxv. diſtinctio. florentinum vbi gloſſ. ⁊ archid. dic ſi iuramētum eſt illicitū ⁊ hoc cōſtat quis poteſt contra illud propria autoritate venire vt patet. Si iuramentum eſt licitum ⁊ hoc conſtat ex parte preſtantis: ſed non recipientis abſoluit papa quinimmo ⁊ quilibet epiſcopus. Nec eſt neceſſe quod aſſit alia extrinſeca cauſa: quia ſufficit turpitudo vel deceptio ex parte recipientis. Idem ſi contingat recipientem locupletari cum damno alterius: licet nō aſſit alia turpitudo. vt. ſ. eodem veniens. in gloſſ. ſi. Oportet tamen quod dānum ſit enorme ſi iuramentum eſt licitum ex parte vtriuſqꝫ tunc ſi iurat in materia ſpectante ad papam vel pendente ab eius poteſtate vel concernente vtilitatem publicaꝫ que ſit in manibus pape: tūc ſi iuramentum pōt tollere ſola voluntas pape. j. eodem venientes: quia tale iuramentū ſuper re alterius non pōt eſſe preciſum niſi inquantū vult ſuperior: nam ⁊ ſi concerneret ſolam vtilitatē cuiuſlibet priuati priuatꝰ ille poſſet abſoluere: quia ſic cōditionatū intelligit iuramentū vt dixi de ſpon. ſicut. ⁊ tꝫ Gui. de cu. late diſputans in. l. labeo. ff. de iureiur. Si iuramentū p̄ſtatur in alia materia nō pēdentē a p̄tāte pape: vel nō ptinēte vt q̄ꝛ vult ex hoc placere deo vel alteri tertio tunc cum cā poſſet abſolui a papa: ⁊ poſſet etiam illiꝰ fieri cōmutatio ex cā a papa: ⁊ ſubeſt cauſa eo q̄ꝺ in hoc ordinatur permutatio in meliori bono vt dixi. ſ. c. ij. vt pꝫ hic ſine cā an poſſit ſunt opi. vide quod hic reſidet glo. ⁊ Inno. de renun. cuꝫ inter. p. gauf. q̄ꝺ non poſſit abſolui nec cōmutari. Quod puto vt ſit ſecurus reſpectu fori penitentialis: ⁊ ſic intelligo quod hic no. ⁊ in illo. c. autoritate: ſed reſpectu fori contentioſi in dubio preſumetur cauſa: ⁊ tunc tuetur in illo per abſolutionem: vt not. archid. in illo. c. florentinum: et dicit glo. quod in hoc notabilis de voto non eſt vbi iuramentuꝫ eſt dubium ibi non exigitur abſolutio: ſed ſola interpretatio ⁊ ſolꝰ papa interpretatur vt hic ⁊ de elec. venerabilem ⁊ quod ibi not. vbi validum ⁊ reſcindendum ⁊ vbi alius contractus reſcindetur nō reſcinditur: ſed ſit abſolutio: vt not. ſ. c. ſecundo. quia reſciſſio non cadit in iuramentis: ſed abſolutio. vide in ſpecu. c. ij. §. nunc oſtendendū. verſi. xxiiij. ⁊ ſequenti de quo per Tho. ſecunda ſecunde. q. lxxxix. ar
17 ticulo. ix. ⁊ de voto. iij. q. lxxxviij. arti. x. † Nunquid autem epiſcopꝰ poſſit commutare iuramentum in melius ſicut votum: dic q̄ꝺ ſic vñ ſi iuraui ire ad ſanctum Jacobum ⁊ vtilius ſit ire vltra mare poterit diſpenſare epiſcopus ⁊ commutare. ad hoc quia cōmutat votuꝫ

de voto.

de voto.c.j.quod non eſt maius ꝙ iuramentū nec contra. tenet hic
ſpec.in titu.de leg.in prealleg.§.ſub.v.item papa vocat plus ibi di
cit quod inferior a papa poſſit interpretari iuramentū.alleg.de ap.
ſignificante.non ob.de elec.venerabilem.quia illud procedit in ne‑
gotio arduo:ꝛ inter magnas perſonas vel ibi quando vult dare li‑
centiam contraueniendi ſine permutatione vel cōmutatione aliq̄.
18 ¶†Oppo.quod falſarius ſit rex faciendo illam incudi ſub nomine
patris ex quo non viuit.ff.ad.l.cor.de falſa.falſi.de his que fiunt a p‑
la.quanto.ad hoc q: falſitas cōmittitur in altero ex ſubſtantialibus
quantitas ponderis materia ꝛ publica forma ꝛ hec nō debet eſſe fal
ſa.C.de reli.ꝛ ſum.fu.l.monumentorum.glo.reſpondet dupliciter.
primo hic operatur iuramentum vt illud impleat ſicut ſeruauit
non ſatiſfacit:quia iuramentum non obligat ad illicitum.Soluit ſe
cundo qḋ falſitas circa id a quo ſumitur pbatio vitiat hic nō ſumit̄
ex ipſo nomine deſcripto in moneta:quia non adhibetur fides ſicut
nec inſcriptioni ſepulch.C.de religio.ꝛ ſump.fu.l. monumentorum
imo pictura eſt que habet largam licentiam ſemper eniꝫ fuit fas pi‑
ctoribus atq; poetis nouitates inuenire licet ſit argu. contra.xx‑
iiij.q.ij.ſane.ij.in princip.Gof.dicit quod obiectio procederet ſi face
ret incudi monetam ſub nomine patris:ſed hic non faciebat ſed ſo‑
lum vtebatur veteri.Hoſt.dicit qḋ iura contraria loquunt in inſtru
mentis non in moneta:nam dūmodo nō falſatur moneta nec alteri
preiudicetur:non refert an cudat ſub nomine patris an filij vel que
19 figura ponatur. ¶†No.tamen glo.qḋ filiatio ſcripture que nō pro‑
bat non inducit penam falſi.de quo in.l.ſi quis legatum.de fal.
20 ¶†Nota ſecundo quod ſcripture ſepulchrorū nō probant. vide de
probatio.cauſam.vbi per glo.dicit hic Joan.and.quod.c.ſane.hic
alleg.in contrarium non probat:quia non dicit aſſertiue:ſed ſub du
bio forte dicit per deſcriptionem libri.de ipſius autoritate conſtare
ad hoc.xvj.diſtinc.c.j.ꝛ.c.clementer deinde glo.ponit penam vnam
fines falſantis.glo.vltima ponit penitentias periurij ꝛ penam quo
ad infamiam ꝛ dicit periurum infamem:ſiue de preterito ſiue de fu‑
21 turo iuret falſum vt venient contra iuramentum.¶†Ultimo vide
tur quod ſuperfluitas ſit in verſi.ſuper quo ibi.ſi falſam ꝛ ibi. veruꝫ
tamen quia videtur idem repetere bis.quidam dicunt quod idē eſt
caſus ſed largius declarat in ver.verumtamen.Alij vt Joan.an.qḋ
verſic.ſi falſam.loquitur quando iurauit credens falſam: ꝛ nō erat:ꝛ
ſic addit alium caſum ꝛ hunc ſequitur Cald.per que que dicit quod
eque deierat iurans verum quod credit falſum:quia deierat quo ad
intentionem ſicut ſi iurat quod credit falſum:ꝛ eſt.ad hoc.xxij.qḋ.ij.
homines:ꝛ.c.ſeq.Idem in eo qui credit ſe venire contra iuramen‑
tum ꝛ non venit puta quia iurauit debitor non exire diſtrictum bo
noñ.non ſoluto debito exiuit credens debitum non ſolutum quod
tamen vere erat ſolutum.Nam periurus eſt quo ad deū ꝛ in foro cō‑
ſcientie qui dicit ſe ſic diſputaſſe hoc tene quicquid dicat Gui.de cu.
in.l.labeo.ff.de iureiuran.vbi dicit quod ſi iuraui tibi ſatiſfacere in
paſchate decem ꝛ me ignorante tu prorogas terminum aliquo reci‑
piente nomine meo.quia ſi in termino non ſoluerim hoc ignorans
qḋ non ſum periurus ꝛ poteſt dicere verum quo ad forum cōtentio‑
ſum:quia non fui in mora:ſed quo ad forū penitentie ſic vt eſt dictū.

1 ☞ Appellationem a diffinitiua differre debet iudex a quo lꝫ iu‑
raucrit ſentētias exequi infra certum tempus.
2 Appellatio qñ ſuſpendit vel extinguit iudicatum.nu.11.
3 Juramentum quas limitationes recipiat.
4 Conſuedinis vinculū ceteris paribus nō dꝫ eſſe maioris firmitatis
vinculo legis.
5 A iuramento quolibet ſemper ius ſuperioris tertij itelligitur, exem‑
ptum.nu.7.
6 Executionis tempus an poſſit cōſuetudine reſtringi.
8 Statuere qño pōt ciuitas contra legem vel ius.
Appellatio an poſſit ſtatuto vel conſuetudine tolli.
9 Judex quomodo poſſit ſecundum conſcientiam quādoq; iudicare.
10 Judex eccleſiaſticus qñ poſſit de re temporali cognoſcere.
12 Attemptata ꝛ innouata an ſint omni tempore reparanda etiam ſi
appellans ſuccumbat in materia appellationis.

1 VEnientes. ¶†Judices qui iurant ſententias
exequi infra certuꝫ tempus hoc nō
obſtante appellationibus ab eis interiectis deferre tenē‑
tur diuiditur in quatuor. In prima ponitur reprehenſio
conſulum. In ſecunda ibi verum ipſorum excuſatio. In tertia.ibi
quia vero excuſationis reprobatio ꝛ generale mandatum. In quar
ta ibi cum ergo mandatuꝫ ſpeciale ꝛ communicatio non parentis.
¶Nota primo iudiceꝫ a quo deberet differre appellationi a diffini
2 tiua etiam ſecundum leges.¶Nota ſecundo quod appellatio ſuſpē
dit pronuntiatum non extinguit ex toto. ¶†Nota tertio quod iu‑
ramentum in materia iuris recipit interpretationes :et limitatio‑
nes iuris et ſic iuramentum de exequendo ſententiam intelligitur
niſi ſit appellatum. Item quod iuramentum ſimpliciter preſtitum
refertur ad actus capaces implementi quod iuratur.ideo iuramen‑
tum de exequendo intelligitur referri ad ſententias exequibiles:et
non ad non exequibiles.de iure ideſt que executioneꝫ non recipiūt.
4 ¶†Nota ceteris paribus vinculum conſuetudinis nō debere ſuis
caſibus eſſe maioris roboris et firmitatis quam ſit vinculum legis.
5 ¶†Nota quod a quolibet iuramento intelligitur ius tertij et ma‑
xime ſuperioris exceptum. ¶Nota attentata, appellatione pendē‑
te reintegranda in priſtinum ſtatum. ¶†Oppono quod altero re‑
ſpectu non valeret hec conſuetudo:quia reſtringebat tempus exe‑
cutionis quod reſtringi non poteſt ſine cauſa et per te non conſen‑
tiente.de re iudicata.quod ad conſultationem.fatetur Goffre. con‑
tra quod abſq; cauſa tale tempus non poteſt reſtringi.alleg.l. ſup‑
plet.dicit tamen quod hec conſuetudo hic ex hoc capite non repro‑
batur nec hic papa figit pedem:ſed in alio.de quo ſequitur ſecundū
7 Hoſtienſem. ¶†Oppono quod nedum pape:immo cuiuſq; tertij:
intelligatur ius exceptum:quia ſicut pactum inter certos factuꝫ nō
nocet alijs ita nec iuramentum.ff.de pactis ſi vnus . §. ante omnia:
maxime cum iuramentum ex parte preſtantis ſit perſonale ſupra co
dem veritatis.per quod dicit hic Hoſtien.quod poterit appellari:
etiam ante ſententiam licet Pet.cōtra.ꝛ dicit quod caute dixit ius
non auto.facit ad no.ſupra capitulo proximo . ¶Oppono quod
conſuetudo non ſe extenderet ad caſum noſtrum ꝛ ſic fruſtra diſpu‑
tetur de iuramento quod patet:quia erat cōſuetudo ſuper mutuis
ꝛ plagiarijs ꝛ hic mandat reſtitui poſſeſſiones etiam ſic erat queſtio
ſuper poſſeſſionibus.Solutio.dic quod verbum ſecundum noſtre
ciuitatis conſuetudinem iudicabunt non reſtringebatur ad caſum
proximum vel forſan erant ille res pignorate vel capte pro debito.
8 ¶†Oppo.communitas poteſt ſtatuere legem etiam contra ius vt
patet in.l.omnes populi.ff.de iuſtitia ꝛ iure dic quod poteſt ſtatue
re contra ius non ad preiudicium principis vel alteri⁹ ad quod de
conſtit. que in eccleſiarum fatetur tamen quod ſine cōſtitutione poſ
ſunt appellantes appellationi renuntiare.C.de tempo.appellatio.
l.fina.in fi.idem Hoſtien.facit quod not.de arbit . innotuit ſuper.j.
glo.ad vtrunq;.l.j.§.primo ꝛ ſecundo.ff.quando appella. nō li . Ex
his patet quod non valent ſtatuta quod ab interlocutorijs non poſ
ſit appellari ꝛ niſi ſecundum quod permittit ius ciuile . Tum quia
inferiores non poſſunt facere ſtatuta ad preiudicium ſubiectorum.
Tum quia non poſſunt facere ſtatuta contra ius ſuperioris . Tum
quia ſtatuta tollerent defenſiones naturales vt latiſſime diſputat
ꝛ decidit Joannes and.de appel.c.fina.lib.vj.Quod ſatis puto in‑
quantum inferior eccleſiaſticus ſtatuit.idem ꝛ in laicis inquantum
non habent iudicium appellationis ſub ſe vel prime vel ſecunde vbi
autem habent iudicia appellationis ſub ſe vel non recognoſcunt in
hoc ſuperiores ſtatuere poſſunt vt not.Barto.in.l.ij.§.ij.ff.a quib⁹
appel.non licet quod intellige vt dixi.de conſtitu.cum in eccleſiarū
non recognoſcentem ſuperioreꝫ poſſe ſtatuere contra ius hoc idem
concludit Joannes and.quo ad primum poſt Mar.de fa. in addi.
ſpecu.in titu.de appella.§.nunc tractemus iuxta princi.in additio.
magna.de renuntiatione autem per partes dixi.de appellatio.c.
paſtoralis.vide Innocen.qui tenet qḋ pacto poſſit renuntiari etiā
extra iudicium.de arbitris innotuit.vide glo.ꝛ Hoſt.de deci.ex mul
tiplici.vide Joā.ſi.q. vj .ſi autem ꝛ Ber.de arbi.dilectus.in glo.fin.
ꝛ Jo.and.in nouel.in.q.prealleg.de appel.lib.vj.vide in ſpec. de ap
pella.§.in quibus verſicu.quid ſi conuenit.ꝛ in.§. fi.eo.tit.in fi.ꝛ hāc
concluſionem tenent domini de rota ſua cōcluſione.cclxxxi.vbi ple‑
9 ne dicunt. ¶†Oppo.quod non debeat iudicari ſecundum legē ſed
ſecundū conſcientiā.iij.q.vij.poſtulatis.Solu.dicit Jo.an.qḋ iura
hec cōtrariari videntur in hoc:quia aliqua dicunt ſcḋm legē iudicā‑
dum vt hic ꝛ in conco.aliqua ſecundū allegata.iij.q.vij. iudicent ali
qua ſecundum cōſcientiā vt in contra.ff.de arbi.l.qualē omnia ſunt
ſic cōcordanda.q: ſcḋm allegata de iure debent iudicari ꝛ ſcḋm legē
ꝛ cōſcientiam a legibus ꝛ a iure informatā.vnde iudicat ſecundū qḋ
iuſtum ſibi videtur prius habitā collatione ſapientum vt dicit glo.
de appella.vt debitus.ꝛ vide qḋ plene ſcripſi de conſtitu.c.j . li.vj.et
iudicat ſecundum cōſcientiā quā habet ex allegatis ꝛ vt iudex non
quam habet vt deus vel vt homo.in gloſſ.iij.ibi:quia vero. col. vj.ꝛ
in auten.vt iuſiurandum quod preſta.ab his.§.ꝛ equus ero.col.ij.et
10 de defen.ciuita.§.iuſiurandū.col.iij.ſm Hoſt. ¶†Oppo.qḋ nō de‑
buerit appellari ad papam de iudi. nouit. Solu.ciuitas tudertina
ſubiecta eſt pape quo ad temporalem iuriſditionem ꝛ tenent appel
lationes ad eum facte.alias non niſi ſecunduꝫ Jo.an.vacaret impe
rium vel haberet hoc cōſuetudo vt appellaret in temporalib⁹ ad pa
pam.de fo.compe.licet ſecundum Gof.Hoſt.dicit hoc generale qḋ
epiſcopi ius reddant in ciuitatibus que iudicibus carent ꝛ cogno‑
ſcunt de grauaminibus per id quod not.de iudic.nouit verſicu . nec
11 illud.ſuper verbo dirigatur. ¶†Quero de ratiōe textus dicit quod
appellatio extinguit pronuntiatum.ff.ad turpillia.l.prima.§. vlti‑
mo ꝛ quia appellatione pendente ꝛc.ij.queſtione. vj. appellatione
Jo.and.dicit quod non extinguitur:ſed ſuſpēditur.ideo dicitur ap
pellatione ſuſpenſa.idem archidia. de appellatio.c.non ſolum.lib.
vj.in verbo medio tempore alle.j.de reiudic.cū inter ad fi.ꝛ de ap.ſi
a iudice.lib.vj.dic quod extinguitur de preſenti : ſed inſpecto exitu

12 de futuro ſuſpendit:vt not.in.d.l.j.in fi.¶ †Oppo.gl.qȯ ſtatim nō
retractentur attentata.ff.de appella.cum ex cauſa.ideo expectatur
appellationis euentus gloſſ.dicit quod non dicit quod debeat ex-
pectari appellationis euentus:ſed ſic ibi contingit de facto ⁊ ſic ap-
pellatione pendente executio non debet fieri ⁊ ſi fiat inuito poſſeſſo
re in priſtinum ſtatum reſtituitur anteꝗ̄ appellatiōis cauſa exami-
netur vel nō negat quin interim poſſit reuocari:licet dicat quod nō
poſſit reuocari eo in appellatione ſuccumbente:quia ſupplēda eſt
per alias leges ⁊ vacat argu.a contrario ſenſu:vt no.glo.de appella.
non ſolum.li.vj.in verbo ante omnia.dic vt ibi.

1 ☞ Uſurarꝫ relaxatio nō valet etiā illis ſolutis ⁊ iudicis offō ſub-
uenitur illi qui iurauit nō repetere.nu.3.
2 Uſure quomodo poſſunt coram iudice ſeculari repeti licet ſint iure
ciuili permiſſe.nu.7.
3 Juramentum nō impedit ius agendi ex noua cā.nu.9.
4 Repetendi ius tranſit ad heredes vſurarij paſſiue licet cum iuramē
to fuerint remiſſe.
5 Judex quō poteſt ex officio procedere in his que anime periculum
tangunt contra id quod iudex non poteſt procedere ad inquiſitionē
ex quo infamia vel denuntiatio nō preceſſit.nu.8.
6 Judex eccleſiaſticus quando habet iuriſditionem in laicuꝫ ratione
9 Juramentum an repellat indiſtincte vſuras repetentem.
10 Teſtari an poſſit debitor de vſuris ſolutis quas iurauit nō repetere
11 Mandatum quando non finiatur morte mandantis vbi etiam mā
dauit papa quod vſure ſolute poſſint repeti licet iuratum fuerit il-
las non repeti.
12 Proceſſus vꝫ lite nō conteſtata qn̄ fuit factus per modū inquiſitio-
nis vel denuntiationis.
13 Judex pōt ex officio procedere in executione vltime voluntatis et
in cauſa vſurarum.

1 **A**d noſtram. ¶ †Per officium iudicis ſub-
uenitur illi qui ꝓpter iuramen-
tum nō pōt repetere vſuras.h.d.ſecūda.ibi. mandamus.
¶ Not.argu. quod non valet relaxatio vſurarum etiam
ſolutis vſuris. dic vt in regula peccatum.de regul.iuris. libro. vj.
2 ¶ No.ar.quod coram ſeculari iudice poſſunt vſure repeti:licet dicat
Jo.an.quod verba ſunt partis non iuris ⁊ ſic non probant quod no
taui.de quo per archid.xiiij.q.iiij.quid dicam ⁊ vide in clemē.diſpē
3 dioſam in verbo non repetuntur.¶ †No.quod iuramentum nō im
pedit ius agendi ex noua cauſa ⁊ ſic iuramentū de nō repetendis vſu
ris refertur ad cauſam ſubſiſtentem repetendi ſecundum tp̄s iura-
menti nō ad cām poſt iuramentū ortam.ad hoc de renuntia. cum in
4 ter,p.gauf.¶ †No.qȯ ius repetendi vſuras tranſit ad heredes vſu-
5 rarij paſſiue.¶ †No.quod vbi tangitur periculum anime poteſt iu
dex ex officio procedere maxime quando pars excluſa eſt a remedio
agendi;⁊ equitas ſubeſt agi.ad qȯ.ff.de pe.he.l.fina.⁊.l.plane.idem
etiā ſi competat ius agendi partibus.Et no.practicam procedendi
qꝛ formata inquiſitione vocare debet teſtes qui de hoc nouerunt ve-
ritatem ⁊ pōdera quod ſufficit citatio generalis qn̄ perſone ſunt in-
6 certe ⁊ ignorantur.¶ †No.caſum in quo eccleſiaſticus iudex habet
iuriſditionē in laicū rōne teſtimonij:in cā ad ipſum ꝑtinente inter
laicos.¶ Not.heredes cōpelli ad reſtituēdas vſuras maxime quas
7 teſtator mandauerit reſtitui.¶ †Oppo.qȯ queſtio vſurarum non
ſpectet ad ſecularem:qꝛ vſure ſunt permiſſe de iure ciuili.C. de vſu.ꝑ
totum.Solu.dicit hic Jo.an.quod verba ſunt hic partis. vnde nō
ꝓbat quod ſecularis iudex habeat cognoſcere cās vſurarias.de quo
per archid.xiiij.q.iiij.quid dicam.de quo in cle.diſpendioſam.de iu
di.in glo.cum repetuntur.de hoc dixi plene.de fo.compe. cuꝫ ſit.dic
8 vt ibi dixi.¶ †Oppo.quod non debeat iudex hic procedere ad inq
ſitionem ex quo infamia non preceſſit vel denuntiatio.de accuſa.cū
oporteat.⁊.c.qualiter ⁊ quando.So.dicit hoc ſpeciale.vbi pōt fieri
inquiſitio ex puro ⁊ mero officio nulla precedente infamia:quod di
citur verum generaliter:vbicunqꝫ agitur de correctione peccatoruꝫ
vel imminet periculum animarū.de cle.peregri.c.fi.de ſup.neg. pre.
c.ij,⁊ pe.j.c.j.⁊.c.ſicut noſtris.j.de preben.graue.vt eccl.benefi .c. vno
de clan,deſpon.cum inhibitio.de accu.ſi conſtiterit ſm̄ Ho.⁊ inqui
ritur hoc caſu de veritate non ꝑcedente inqſitiōe infamie.de offic. or
dina.c.j, Secus ſi fieret inquiſitio contra prelatum maxime aliquo
conſequente vt in contrarijs ⁊ ſic ſecundum Pet,eſt inquiſitio ordi-
naria, Prima que fit per ordinarium.Secunda que per delegatum
ſecundum quoſdam.Sed ipſe dicit quod prima eſt quaꝫ facit iudex
ex officio cuius intereſt vt paratus ſit locus queꝫ regit quod nō erit
niſi illum purget malis hominibus.ff.de offi.preſi.l.congruit. de of
fi.ordina.c.j.¶ Jnnocen.ponit hic aliquos caſus in quibus iudex
ex officio procedit ⁊ aliquos in quibus non. Primus qn̄ agitur ad
reſtitutionem vſurarum quas nō poteſt quis repetere obſtante iu-
ramento quo caſu nedum papa vel ordinarius;ſed quilibet etiā de-
legatus ex officio poteſt per viam inquiſitionis.hoc tamen tempe-
rat verum inquantum velit procedere.non ad priuatuꝫ intereſſe ali
cuius priuate perſone ſed ad penitentiam imponendam.de offi.or,
c.j.licet in conſequentiam ſit ibi tunc priuatum intereſſe: qꝛ fructuo
ſam non poteſt agere penitentiam niſi reſtituat alienum.vij.q.vj.
c.j.de vſuris.cum tu.ſecundum Hoſt.idem ſi altero reſpectu repella
tur ab agendo vt no. Jo.and.de vſuris.qꝛ fruſtra:qꝛ ſubuenit iudex
ex officio vt peccatū vitetur ad id quod de conſequētia dixi facit de
vſuris.per venerabilem cum concor. Secundus caſus qn̄ queritur
de conſanguinitate inter coniuges.de diuor.porro.xxxj.q.ij. ſi duo
⁊ hoc ratione peccati.idem de quolibet alio impedimento canoni-
co.quia eadem eſt ratio.de conſang.⁊ affini.tua.ad hoc de offi.ordi.
c.j.⁊.c.ſignificauit.⁊ in contrahendū eſt expreſſum . de clan.deſpon.
c.fi.⁊ de ſpon.ſicut in fi.Tertius caſus quando vult inquirere de ſta-
tu ⁊ iuribus eccleſie:naꝫ papa ex officio inquirere poterit.ad hoc de
inſtitu.cum veniſſent.dicit tamen Hoſt.quod hec facit ex plenitudi
ne poteſtatis:nec hoc licet epiſcopis vel alijs inferioribus qui tenē-
tur iura ſeruare.ad hoc.de reſtitu.ſpo.cum olim.idem not. Jo.and.
de fo.compe.cū.C.laicus etiam ſi dicat notorium damnum vel pec
catum agens vel denuntians ex magna tamen cauſa etiam inferior
ſupplet vt not.Jnnocen. in.c.quoniam.in princ.vt lite non conteſt.
quod dic vt dixi.de poſtulā.bone. ⁊ eſt magna cauſa ſi res ſunt male
alienate vt ibi not.gl.⁊ in.§.ſunt ⁊ alij.Quartꝰ caſus quando agitur
de iuribus principis.C.de bo.vacan.l.pe.⁊ vltima.lib.x.ad quod de
confir.vti.vel inuti.cum dilecta.ꝫ.de ſup.neg.ꝑla.c.fi. ¶ Caſus aūt
in quibus non inquiritur ponit. Primus quando agit̄ de alijs cri-
minibus ab vſura:vel de vſura quando iuramentum non excludit
partem:quia tunc non poterit ex officio ꝓcedere niſi prout in alijs
criminibus ſi precedat infamia vel ſuſpitio illa precedēte dic qȯ po
terit ex officio procedere in caſu vſure etiam vbi non eſt iuratum de
non repetendis vſuris dum principaliter nō procedat ex officio ad
vtilitatem partis:ſed ad penitentiam imponendam licet per conſe-
quentiam ſurgat priuatum intereſſe:qꝛ non poteſt fructuoſam age-
re penitentiam niſi ſatiſfaciat ⁊ reſtituat male ablatum vt in regula
peccatum cum concor.de reg.iur.lib.vj.Secūdus qn̄ agitur ſuper iu
ribus ſingularum perſonarum nunꝗ̄ ibi poteſt i alia materia a pec-
cato iudex ex officio inquirere vel extra ordinem: ſed libello oblato
⁊ ſeruato iuris ordine.ff.de incendio ruina naufra.l.ne qd.C.de nau
fra.l.de ſubmerſis.lib.xj.ad hoc quod no. Jo.and.de iudicijs.nouit.
⁊ in.c.fi.de fo.compe.vbi ponit hanc regulam in modum tamen de
nuntiationis aliquando poterit procedere ad priuatuꝫ intereſſe de
quo dic vt no.de iudi.nouit ſecundum Jo.an. hec vera dicit Hoſti.
quod nō poſſit in priuatis ꝓcedere ex officio niſi partes conſentiāt:
⁊ hoc no.de libel.ob.c.j.⁊ idem dicit de lit.conte.c.j.in diffinitiōe lit.
conte. Jtem hec vera niſi ſint miſerabiles perſone qꝛ ad commoduꝫ
earum procedit ex officio vt no. Jo.an.de reſti.ſpo.ſollicite. iteꝫ ad
conſeruandas conſuetudines pias:vt de ſymo.ad audientiā:⁊ quod
9 ibi no.¶ †Quero cum gloſſ.an iuramentū indiſtincte repellat vſu-
ras repetentem.dic ſi iurauit non repetere nō excluditur ab actu de-
nuntiandi:⁊ ſi iurauit non denuntiare adhuc non repellitur:qꝛ iura
mentum fuit illicitum.de iureiuran.quemadmodū quod dic vt ibi.
idem ſi iurauit nō repetere nec recipere ⁊ hoc vltimo caſu ſi omnino
vellet iurans iuramentum ſeruare non deberet creditor lucrifacere
illam vſuram:ſed fiet inde eleemoſyna.de vſuris.cum tu ſecundum
Hoſtien.¶ Oppo.quod hic non poſſit iſtas vſuras aliqua via re-
petere obſtante iuramento quod poteſt ſeruari abſqꝫ interitu vt.ꝫ.
eo.debitores ⁊ hoc tam latum eſt iuramentum qȯ omnem excludit
viam agendi.dic quod in terminis decre. habet multiplicem viam
hic primo qȯ fundet ſe ſuper teſtamento in reſtitutione vſurarū: qꝛ
dato qȯ iuraſſet hoc iuramentum videtur remiſſum per vſurarium
in teſtamēto in quo mandauit vſuras reſtitui niſi interpretetur te-
ſtamentum qȯ velit vſuras ſolui ⁊ reſtitui illis qui repetere poſſunt
quare velit excludere illos q repetere nō poſſunt ratione iuramenti.
Sed dicit glo.qȯ non ſic eſt reſtringenda voluntas defuncti:ſed am
plianda.de dona.dilecti.⁊ qꝛ mandauit vt reſtituant̄ illis q debent
habere etiā dato qȯ nō poſſet repetere:⁊ qꝛ aliqua via pōt repetere:
vt.j.patebit ſecundū hoc pꝫ qȯ licet aliquā viā haberet hic agēdi nō
impeditur quominus ex officio poſſit ꝓcedere maxime qn̄ lꝫ agere
poſſit de iure nō pōt agere de facto ſalua fama facti . Et hoc verum
maxime vt late interpretentur voluntates quibꝰ animabꝰ fauetur.
Ad hunc intellectū facit optime.ꝫ.de renun.cū inter.p. gauf.ſecun
dū vtrūqꝫ intellectū ⁊ erit duplex via qȯ repetent̄ tanꝗ̄ indebite ſo-
lute;⁊ ſi opponat̄ de iuramento replicabitur quod nō ſe extendit ad
ius de nouo ex teſtō queſitū cū.d.c.cuꝫ inter.p.⁊ vtrūqꝫ modū obſcu
re tetigit hic glo.hoc tenet ⁊ ſequitur Gof.⁊ Ho.lꝫ Jnn. dixerit hic
cōtra qȯ non poſſunt debitores ſe fundare ex teſtō cum nihil ſit eis
relictū:ſed certe immo eſt relictum:qꝛ lꝫ nō dirigat verba ad debito
res dirigit ad heredes ⁊ nō refert cū non teſtator de ſua voluntate lo
quatur.l.miles ad ſororē.§.j.ff.de le.ij.⁊.l.peto.eo.tit.Non ob. quod
legatum ſit inutile:quando legatur ſibi debitum inſti. de le .§. econ-
uerſo.dic quod legatum operatur:qꝛ ſi pecunia nō fuit ſoluta teſta-
tori nō legaſſet liberationē.ff.de libera.lega.l.iij.ſed cuꝫ iā ſoluta eſt
intelligit̄ legaſſe exceptionis remiſſionem.c.ti.l.creditor. vn̄ nō ob-
ſtāte exceptiōe iuri in teſtō pōt repetere:⁊ ſic hic non obſtabit iurm
niſi forte

niſi forte ſub ciuili reuerentia iuramenti repetere detractaret. C. de
fideiuſ. l. ſi. de ſymo. ⁊ ſi queſtiones. dat glo. ſecundum modum quia
poteſt hic agere vt remittatur iuramentum. ſ. c. j. ⁊ ſic no. qđ licet iu-
rauerit non deponere queſtionem ſuper vſuris per hoc non excludi
tur a depoſitione queſtionis ſuper iuramento licet ordinetur in finē
queſtionis deponende ſuper vſuris ⁊ iuramentum tunc nō excludet
hunc tertium modum denunciandi vt tetigit glo. ſ. c. quēadmodum
non excludit iuramentum habet etiam remedium. ſcʒ hoc intiman-
di. ⁊ notificandi ſuperiori quia per hoc non deponit queſtionem: vt
ſic iudex ex ſe hoc cito excitetur ad procedendum ex officio: nam vt
dicit Joan. an. non iurarunt non facere relationem vel denuntiatio
nem. vnde cum hoc non pateat qui fuerint denunciatores potuerūt
eſſe intimatores vel notificatores ipſi debitores licet nō ſ pateat quis
intimauerit licet aliqui dicant qđ fuerit fideicōmiſſarius teſtatoris:
vel amicus debitoris ⁊ forte fuit tacitum hic in textu: de debitore in
timāte: propter opi. vulgarium qui per hoc eſtimaſſent illum periu-
rum. ad quod. ſ. de arbi. peruenit. ſi. in glo. ij. ⁊ ex his habes aliā viā
vt faciat denuntiare alicui amico. Ex quo habes qđ quilibet de po-
pulo poteſt hoc peccatum vt ſuperiori denuntiare: ⁊ per hoc non eſt
10 periurus iurans: ſi amico denuntiante peruenit ad ſibi debitū. † Nū
quid autem poſſent iſti debitores non obſtante iuramento teſtifica-
ri quia non eſt cōtra eorū iuramentum ⁊ ſi eſſet temerarium eſſet. xj.
q. iij. quiſquis. de cri. fal. c. j. lʒ eorum dictum nō faceret probationē
⁊ ipſis poſſet iuramentum deferri: de teſti. in omni: ⁊. j. c. ſi. ⁊ pe. ⁊ te-
ſtes poſſet producere in cauſa denunciationis vel vbi procedit ex of
11 ficio cum eſſet acceſſorium. ¶ † Ultimo querit Hoſtien. an ipſorum
poteſtas expiret morte pape ſi aliud non interceſſit quaʒ hec publi
catio videtur qđ ſic ex quo citatio non preceſſit de offi. lega. c. ſi. ⁊ de
offic. delega. gratum tenet contrarium quia tales iuſſiones vel pre-
cepta non expirant morte mandatoris: ⁊ ſi impetretur ſuper bene-
ficijs: quod dic vt. j. de offic. delega. ſi ſuper gratia. libro ſexto. Tum
quia etiam in cauſa contētioſa ſufficit quod delegatus qualitercūq̄
12 vt cepit: de quo. ſ. de offi. dele. licet. ¶ † Opp. gl. vl. qđ nō debuerit
hic procedi lite nō conte. vt lite nō cōte. qm̄. dic qđ fallit qñ procedit
in modū inquiſitionis: vt hic: ſiue denūciationis: ⁊ fuit duplex cau-
ſa vel triplex quare ſic potuit ex officio ꝓcedi q: cauſa erat vſuraria:
vel q: papa ſic extra ordinē voluit procedi: vel q: agitur de executio
13 ne vltime volūtatis defuncti: de teſta. ſi heredes cū ſi. ¶ † Not. gloſ.
que addit caſuʒ in quo iudex ex officio procedit: qñ agit de executio-
ne vltime volūtatis defuncti: hodie in cauſa vſuraruʒ procedit ſcđm
formā cle. diſpendioſam. de iudici. iuncta. clemē. ſi. de ver. ſignifi.

1 ☞ Judex qui iurauit in omni cauſa ordinem iuris obſeruare in
notorijs ſubtilitatem ordinis iudiciarij nō ſeruabit quo ad omnia.
numero. 8.
2 Ordo iuris in quo iudicio ſeruari debeat vbi iudex iurauit ordineʒ
in omni cauſa ſeruare. nu. 9.
3 Juramentum generale contra ius non obligat tanq̄ ius videatur
exceptum ab eo. nu. 1.
4 Notoria non obligant iudicem ad procedēdum ſuper illis plenarie.
quo ad omnia licet ſecus quo ad citationem ⁊ ſententiam. nu. 8. et
in alijs notorijs extra prouinciam. nu. 9.
5 Juramentum de obſeruando iuris ordinem intelligitur ⁊ declarat
ſecundum cauſarum diuerſitatem. nu. 10.
6 Juramentum contra deſiderium iurantis ⁊ quaſi vi extortum non
obligat.
Archiepiſcopus lugđ. quo iuramento per eum preſtito in ſua pro-
motione non obligetur.
7 Juramentum vi extortum inquantum licitum eſt obſeruari debet.
11 Judex lʒ in ſummarijs poſſit procedere plenarie nō tamen pōt ad
hoc ſe aſtringere vt indifferenter ſic procedat.
12 Uerba generalia debent generaliter intelligi niſi lex vel ratio cogat
vt aſtringatur.

1 AD noſtram. ¶ † Judex qui iurauit in omni
cauſa ordinem iuris obſeruare
in notorijs ſubtilitatem ordinis iudiciarij non ſeruabit.
hoc dicit. Jn prima recitat tenorem iuramenti quod ſe-
2 cundo interpretetur ⁊ declarat. ibi. nos iuramentum. ¶ † Not. j. ꝙ
iuramentum preſtitum in materiam iuris recipit interpretationes
⁊ declarationes: ⁊ limitationes atq̄ exceptiones iuris vt inquantū
iurat ordinem obſeruare hoc intelligatur de ordine plenario in ple-
3 narijs ⁊ ſummario in notorijs. ¶ † No. ij. quod a quolibet iuramen
to cenſetur exceptum ius: ⁊ ſi ſit ad ius reducibile non eſt intelligen
dum vt obuiet iuri. ⁊ not. quod iuramentum contra ius non valet.
4 ¶ † Nota ar. quod non poteſt iudex in cauſa notoria procedere: vel
5 ſe ad procedendum plenarie obligare. ¶ † Nota quod iuramētum
de obſeruando iuris ordinem intelligitur ⁊ declaratur ſecūdum di-
uerſitatem cauſaruʒ: vt in notorijs ſummarijs in plenarijs plenariꝰ
6 obſeruetur. ¶ † Oppo. quod tale iuramentum vi extortum non de-
beat obſeruari. ſ. eodem. ſi vero. Solu. non fuit vi extortum: ſed per
quaſi extorſionem. ideſt contra conſiliū vel deſiderium iurantis: nō
tamen fuit vera extorſio. obligat tamen iuramentum ⁊ declaratur ſe
cundum iuris intellectum ⁊ hoc dicit: ⁊ forte capitulum in promo-
tione ſua extorſit tale iuramentum. ad hoc. de inſti. cum veniſſent. ⁊
eſt hoc pro archiepiſcopo lugduū. a quo in promotiōe ſua extorque
7 tur ſimile iuramentum ſm̄ Jo. and. ¶ † Oppo. ꝙ non teneatur ad
obſeruantiam iuramenti per vim extorti. vt in. c. ſi. not. ſ. eo. de pri-
uilegijs. cum olim. de conuerſio. coniug. accedens. dic quod videba-
tur per hoc non teneri ſcđm glo. nihilominus tamen tenetur vt hic.
Nec obſt. contraria quia in illis fuit vera extorſio. hic ſecus. ad hoc.
de electio. quorundam. in princi. de religio. do. c. ij. lib. vj. ⁊ conſtitu.
Joan. execrabilis. in princi. ⁊ eſt argu. iuramentum per vim extortū
ſeruandum. j. eo. petitio. ⁊. c. ij. ſi chriſtus. Sed dic quod inquantum
licitum eſt quod iuramentum ſeruandum eſt: ſi taliter iurans nō ſer
uando non incurrit periurium. vel dic quod licet ſit licitum non ta-
men tenetur ſic iurans ad obſeruationem niſi alias eſſet in precepto
⁊ tunc tenetur ex vi precepti non ex vi iuramenti: quāuis ⁊ abſq̄ ob
ſeruatione ipſius debeat per ſuperiorem abſolui. de quo. ſ. eo. debi
tores. ſeruata diſtinc. de qua. ſ. quod metus cauſa ad aures. Tu dic
8 vt dixi. ſ. eo. ſi vero. ⁊. c. verum. ¶ † Oppo. quod in notorijs aliquis
ordo ſit ſeruandus. de diuor. porro. de ſenten. ⁊ re iudi. cum ſit roma-
na. dicit glo. qđ non eſt ſeruandus ordo iuris quo ad omnia: ſed quo
ad citationem ⁊ ſententiā de citatione idem no. de purga. cano. cum
dilectus. in glo. nec quia. idem tenet hic Jnnocē. ⁊ in decre. ſacro. de
ſent. excom. vbi de monitione loquitur. idem Joan. ſub dubio forte
ij. q. j. que lotharius. Jo. and. remittit ad decre. cum ſit romana. ſup
vltima glo. ⁊ de re iudi. cum olim. ſuper glo. ſimiliter. de coha. cleri. ⁊
muli. veſtra ſuper glo. Ad intelligentiam dic vt dixi plene ibi: quia
exigitur citatio: licet non peremptoria. de ſentētia autem dic vt no.
de verbo. ſigni. ex parte. j. per Jnnocē. Jo. and. remittit ibi: ⁊ dixi in
dicto. c. veſtra. quia exigitur ſententia: ſed non cum ſolēnitate quod
promulgetur in ſcriptis ſicut in ſummarijs ⁊ fortius vt in clem̄. ſi. de
9 verbo. ſigni. ⁊ ſic glo. remanet vera. ¶ † Quero an indiſtincte in no-
torijs non ſeruetur ordo iuris. glo. dicit hoc verum quando notoriū
eſt in prouincia: ⁊ ſic iudici ⁊ alijs. Secus ſi non ſit notorium in pro-
uincia: quia tunc iudex habet duplicem viam procedendi. primo hʒ
viam ordinariam ac ſi eſſet occultum arg. ſ. de elect. bone. cum ſi. vel
ſe informare ſuper notorio: ⁊ facta fide ſuper hoc procedet cōtra reū
quaſi ſuper notorio dat ſimile quia quando quis eſt de delicto infa
matus iudex habet duas vias: quia poteſt ſuſpēdere infamatū vſq̄
ad purgationem. ij. q. v. preſbyter ſi. vel forte facere inquiſitionem.
ij. q. j. deus omnipotens. ad hoc facit quod no. de offic. deleg. c. j. lib.
vj. in glo. ij. de hoc. de ſenten. excom. ſolet. lib. vj. no. glo. que concor-
dat opi. an poſſet iudex procedere ſuper notorio anteq̄ ſe informet
an ſit notorium. legiſte dicunt quod non. glo. dicit hoc verum quan
do non eſt notorium in prouincia: ſecus ſi ſit notorium in prouincia
iudicis: quia non eſt neceſſaria informatio ſuper notorio vide quod
10 dixi in dicto. c. veſtra. ¶ † Oppo. quod iuramentum etiam intelle-
ctum quod in notorijs ſeruetur ordo iuris ſit obligatorium ⁊ ſeruan
dum: quia abſq̄ peccato ſeruari poteſt. de elect. bone. ⁊ Auguſt. pro
bat notorium: ſcʒ eccleſiam non eſſe nullam. xxiiij. q. v. pudenda. di
cit glo. quod hoc eſt illicitum ⁊ multum lederetur ius actoris cui in-
cumberet onus probandi: ⁊ diſciplina iudicialis lederetur ſi iudex
non poteſt punire niſi probetur. Non obſt. decre. bone. quia illud ca
ſualiter fuit factum ob ſcandalum: ⁊ ad cautelam vel forſam nō erat
notorium iudici: quia in alia prouincia. ad hoc quia multa delicta
tranſirent inulta. contra id de ſent. excom. vt fame. ⁊ ſic inducit di-
11 ſcrimen ſalutis. xij. q. ij. cum deuotiſſimam. ¶ † Not. bene glo. quia
licet iudex poſſit in ſummarijs procedere plenarie. vt not. glo. in cle.
ſi. de verbo. ſigni. in glo. ſi. ⁊ de iudicijs. diſpendioſam. non tamen ſe
poteſt ad hoc aſtringere vt indifferenter ſic procedat: ⁊ fortius in no
12 torijs quod not. ¶ † Oppo. quod verba generalia debent generali-
ter intelligi. xix. di. ſi romanorum. cum ſi. glo. non ſoluit. dic hoc ve-
rum niſi lex vel ratio cogat vt aſtringatur vt hic. Anto.

1 ☞ Juramentum vni debitum ſi alteri preſtetur illicitum eſt ⁊ cui
debetur preſtndum venit.
2 Juramentis contrarijs concurrentibus ſeruandum eſt licitum.
3 Proteſtatio iuris alterius ⁊ reſeruatio qñ in totum detrahitur iu-
ri vt inanis non validat quod agitur.
Jniuria oritur ex his verbis mentiris ſaluo honore.
Uaſallus preſtans alteri fidelitatem pro iure feudi alieni ſalua reue
rentia ſuperioris vel iure dominij videtur facere iniuriam dn̄o feudi
⁊ an in commiſſum incidat. nu. 5.
4 Soluendo alteri id quod debeo vni qn̄o videar liberari vt non vi-
dear frangere fidem ad ſuum lucrum. nu. 6.
5 Emphiteota ſeu vaſallus preſtans iuramētum fidelitatis alteri ſal
ua reuerentia aut iure domini principalis an incidat in cōmiſſum.
numero. 3.
6 Juramentum fidelitatis quando videatur licite alteri preſtitū a va
ſallo ſalua reuerentia domini.

FAte. ¶ †Quoniam iurauit cui non debuit cui de-
bet iurare compellitur. tria facit. Primo exor
dium ponit. Secunda. ibi. ſane. narrationem. Tertia. ibi
1 cum igitur cõcluſionem. ¶ No. primo literam ibi onus
2 non remittitur ⁊c. ¶ †Nota ſecundo ꝙ concurrentibus iuramen-
tis contrarijs ſeruandum eſt licitum. ⁊ no. qḋ iuramentum preſtitũ
in preiudicium tertij non obligat iurantem inquantum preiudicat
tertio: quia nõ poteſt ſeruari abſ animę periculo. ¶ †Not. ꝙ pro
3 teſtatio iuris alterius ⁊ reſeruatio quãdo in totũ detrahitur iuri: vt
inanis nõ validat quod agitur: quia male ius ſeruat qui in totum il
lud eneruat ſicut ſeenaſchalus quidam qui fecit hominem ſuſpendi
ſaluo iure ſuo. Nec facile euitat infidelitatem qui alteri iurat ſaluo
iure dñi facile dico quia cõtingit qñq qḋ aliquis de eodem feudo fa
cit fidelitatem dominis. maiori. ſ. dño. ⁊ minori ſaluo iure maioris:
cui ⁊ minor fidelitatem de feudo facit: qḋ nihilominus de iniuria te
neatur qui dicit ſalua reuerentia ſemper veſtra vos mentimini per
4 gulam veſtram ſicut aliquando audiui. ¶ †Opp. ꝙ alteri ſoluẽdo
liberor quod alteri debeo. ff. de neg. geſt. ſi liber homo. ⁊ l. cum pecu-
niam. ff. de pig. act. l. ſolutum. §. ſolutam. Sol. hoc intellige quando
imprudenter ⁊ improuide. i. in fraudem vel vt alius iure ſuo priuet
5 vel contra iura. †Nunquid aũt preſtans hoc fidelitatis iuramentũ
alteri incidat in cõmiſſum. dicit Jo. an. qḋ ſic. quia inquantum in eo
eſt feudum alienauit in lib. feu. de feu. alie. imperialẽ. maxime ſi fiat
6 contra pacta iurata. C. de tranſac. l. ſi maior. ¶ †Quero quãdo põt
eſſe licitum preſtitum archiepiſcopo ⁊ nõ derogans: reſpondeo qñ
non eſt preſtitum ex alia cauſa iuſta: vel pro alio feudo ſm Inno. vt
ſi non pro iudicatu ſed alio caſtro iuraſſet. ¶ Quero in quo augeẽ.
dicit glo. quia modo grauius ſolui poteſt vero creditori: ⁊ alteri eſt
ſolutum ⁊ tamen nõ liberatur a debito. ff. de conſti. pec. l. ſi vero. ff.
de ſol. l. bona. Per hoc dicit glo. ſequens quid peius eſt ſiue grauꝰ
latroni qui partitur ſpolia cum ſocio ꝙ ſi non partitur. xxij. q. iiij. ſi
ad peccatum. dicit Hoſt. poſt Goffre. hoc verum quando ideo non
partitur quia penitet de peccato: ⁊ intendit reſtituere. ſecus quãdo
ſimpliciter fidem frangit ad ſuum lucrum. ¶ Opp. ꝙ ſolutum vni
alterum liberet: vt patet in ſoluente alteri ex duobus reis. ff. de duo
bus reis. l. iij. Solu. intellige quando ſoluit alteri tantũ: ⁊ alij omni
no: ſecus ſi ſoluat alij qui non eſt omnino alius ab eo cui debetur: et
hoc quia tunc nõ eſt improuida ſolutio ſicut ⁊ quando ſoluitur ad-
iecto in ſtipulatione. ff. de ſolu. quod ſi ſtipulantis vel pcuratori re-
uocato ignorante ſoluente. ff. ſi cer. pet. l. eius qui in prouincia. ff. de
ſolu. l. vero. ⁊ l. cum quis. §. ſi debitorem. Secus ſi non habuiſſet mã
datum: quia ſoluens non liberatur. ff. de ſolu. indebi. l. ſi me putem.
ſecus in depoſito: quia ſi alij reſtituit ignorãter liberatur: ⁊ hoc quia
depoſitarius de ſolo dolo tenetur: ⁊ ideo ſufficit qḋ actionem cedat
cõtra illum cui reſtituit. ff. de peculio. l. qḋ debetur. plus placet Ho-
ſtien. ⁊ Goffre. qḋ illa ſit ratio. quia creditor eſt obligatus in genere:
ideo ſoluendo alteri remanet obligatus. ff. ad legem fal. in ratione.
§. j. depoſitarius aũt in ſpecie. ideo cũ poſſidere deſinat illã ſpeciem
ſine fraude ⁊ vitio liberatur. ff. de verb. oblig. l. ſi ex legati cauſa.

1 ☞ Iurans ſtare mandato alicuius nõ obligatur ad illicita.
2 Compromitti non poteſt ſuper actione iniuriarum.
3 Arbiter vel arbitrator quis poteſt eſſe ſuper iniuria propria.
4 Compromitti poteſt in feminam arbitricem.
5 Compromittentes obligantur laudo ratione iuramenti preſtiti nec venit in cõpromiſſo id quod eſt illicitum. nu. 6.
7 Exheredatio ſine cauſa expreſſa non valet.
8 Iniurie duplex eſt ſpecies vna facti altera verbi.
9 Iuramento generali opus eſt interpretatione ⁊ nõ abſolutione vbi trahitur ad illicitum.
10 Laudum quantũcun iuratum poteſt ſine periurij pena peti reduci ad boni viri arbitrium.
11 Iudex eccleſiaſticus poteſt cognoſcere de laudo inter laicos ratione iuramenti vel matrimonij aut vbi agitur de filiorum exheredatione.
12 Sententiam propriam an poſſit mutare vel reformare iudex ſeu arbiter.
13 Dicto alterius iurans ſtare ſeu eius mandato an cogatur ad illud etiam ſi ſit illicitum.
14 Arbiter in quo differat ab arbitratore. nu. 18.
15 Compromiſſo facto in talem tan arbitrum in dubio videtur electus vt arbiter non vt arbitrator.
16 Compromiſſo facto in talem vt in arbitrum ⁊ arbitratorem ⁊ amicabilem compoſitorem an dicaẽ arbiter vel arbitrator.
17 Compromiſſo facto in talẽ qḋ poſſit laudare de iure vel facto an dicatur arbiter ſeu arbitrator vbi etiã dicitur cõpromiſſuʒ in eũ tan arbitratorem ⁊ amicabilem compoſitorem.
19 Compromittentes in iudicem ſcdm leges ſi obligant ſe ſtare ſentẽtie eius videntur appellationi renuntiare.
20 Laudum arbitratoris nõ emologatur taciturnitate. x. dierum ſicut arbitri ⁊ partium conuentione ſit emologatum valebit vt pactum vel tranſactio.
21 Laudum emologatum ficte vel expreſſe parit actionem in factum ⁊ habet executionem ſicut ſententia ſi vero non ſit emologatum non parit actionem ſi nudum eſt lʒ poſſit ad penam agi.
22 Laudum an ⁊ quãdo poſſit emologari tacite vel expreſſe ⁊ ſiue emologetur ſiue non quam actionem parit ⁊ quo iure executioni mandetur.
23 Compromiſſum ſoluitur morte alterius compromittentium ſecus in arbitramento.
24 Banno alterius cõpromittentes an finiatur cõpromiſſum. nu. 50.
25 Confeſſio facta coram arbitro vel arbitratore an preiudicet in alio iudicio ⁊ facta coram arbitratore an poſſit reuocari laudo ſecuto.
26 Preſcriptio interrumpitur litis conteſtatione corã arbitro.
13 Iuramentum quomodo non eſt obligatorium nec abſolutione indi
get vbi dolus excludit mentem iurantis in eo ꝙ deceptus eſt vt cen
ſeatur a iuramento exceptum debitum.
14 Iuramento non validatur contractus quando tendit firmādum cō-
tractū inualidū ⁊ in odiū eius cui preſtatur ⁊ qui ſuſcipit iuramēto.
15 Iuramentum contra legis probibitionem an validet contractum
vbi lex non reſiſtit contractum ſed non aſſiſtit vt in ſtipulatione fa-
cta alteri. nume.18.
16 Iuramentum quomodo non firmat contractum quando cōtractus
vel actus deficit ratione ſolēnitatis probatorie.
17 Iuramentum an poſſit firmare acceſſorium vbi non valet reſpectu
principalis.
Acceſſoriū an indiſtincte ſublatū dicatur ſublato principali. nu.ſe.
18 Fideiuſſor an remaneat obligatus vbi principalis ceſſit bonis etiaꝫ
iuramento principalis vt ad eum videatur poſſe trahi.
19 Iuramentum tendens ad preiudicium alterius an obliget iurantē.

1 Cum contingat. †Nō auditur mulier cō-
tra alienationem rei do
talis: cui ſponte conſenſit: ⁊ nō contrauenire iurauit. h.d.
Cōmunis diuiſio. ſcđa ibi. nos aūt. ¶ No. ꝙ ſcđm leges
non valet alienatio rei dotalis: aut donatio propter nuptias: nec cō
2 ſenſus mulieris in alienatione preſtitus: illi preiudicat. ¶ †Not. ij.
ꝙ iuramentum ſuper contractu nullo: ⁊ probibito. ratione fauoris
perſone iurantis: eſt obligatoriuꝫ ⁊ ſeruandū: tanqꝫ ꝙ poteſt ſerua-
3 ri ſine interitu ſalutis eterne. ⁊ no. ꝙ nō validat contractū. ¶ †No.
iij. quo vt talia iuramenta effectu obligent: oportet quod ſint preſti-
ta abſqꝫ vi vel dolo: quaſi ſi dolo vel ibi preſtita ſint: non obligent: ſꝫ
non puto hoc: ſed tunc effectualiter non obligant: quin aduerſus ta
lia iuramenta detur regreſſus: ⁊ pondera: quia loquitur de dolo ſim
4 pliciter: per quod videtur includere dolum re ipſa. ¶ †No. duo que
impediunt effectualem obligationem iuramenti. primum inquan-
tum iuramentum tangit preiudicium alterius ſed inquantum pre-
iudicat anime iurantis quia non poteſt ſeruari abſqꝫ preiudicio ſa-
lutis eterne. Inquantum autem preiudicat circa bona temporalia
5 tantum iuramentum eſt obligatorium. ¶ †No. ar. ꝙ mulier conſtā
te matrimonio ſuper dote etiā alienata agere nō poteſt quia nullaꝫ
habet actionem ſed maritus. C. de rei vendic. l. doce ancilam niſi in
caſu. C. de iure doti. l. vbi. Soluto autem ſic vt hic ſine morte viri vel
propter diuortium latum propter cōſanguinitatem vel aliud impe-
6 dimentum ſm Pe. ⁊ Ab ¶ †Quero an in foro ciuili ſeruādus ſit hic
canon: inquantum obligat ex iuramento. dicit Hoſtienſis ꝙ ſic q̄r
⁊ hoc eſt de mente legū que mandant canones ſeruari. in auſ. quomo
do oportet epi. §. j. coll. ix. cum ſimi. C. de ſum. tri. l. ſi. in auſ. de man-
da. prin. §. ſi vero coll. iij. ad hoc auſ. ſcramēta. C. ſi aduer. vendi. quā
gloſſauit hic Hoſtiē. ⁊ tenet illam auſ. etiam habere locum in impu-
bere doli capace: qui periurare poteſt de delic. pue. c. j. ⁊ de infantibꝰ
vel doli non capacibus loquatur. xxij. queſtione. v. paruuli. ⁊. capitu
lo pueri: ⁊ quod illa auſ. habet locum in contractibus rerū immobi-
lium et quod habet locum in donationibus: ⁊ ſi deceptus eſt minor:
qui iurauit vltra dimidiam iuſti pretij: tenet quod not. de emptio.
et vendi. capitulo. fina. ⁊ ponit etiam hic. quod not. de iureiurando.
licet. libro ſexto. in vltima gloſ. Ad gloſ. videtur quod iuramentum
hic non obliget: quia lex probibet contractum: ergo iuramentum
non obligat: quia iuramentum contra legem factum non conſequi-
tur ⁊c. decima diſtinctione. videns alias iudeus. de foro. competen.
ſi diligenti. Secundo ex regula: quia ſi non valet principale: nec ac-
ceſſorium. de fide inſtru. inter. cum concor. Tertio quia tale iuramen
tum vt tendens in oppoſitum legis damnātis contractuꝫ. ff. de fun
do dota. l. lex iulia: non eſt obſeruabile: abſqꝫ interitu ſalutis eterne
vt obligans ad inobedientiam ergo non eſt obſeruandum. Quarto
quia dato quod ſeruari poſſit ſine interitu ſalutis. non ſequitur ne-
ceſſario valet. datur enim inſtantia in temerarijs. ſ. eodem ſicut: et in
capitulo quemadmodum. ſ. eo. ⁊ vbi quis ſe iurat ſoluturū ſpe futu
re numerationis. Quinto quia tale iuramentum vt turpe non obli-
gat. ff. de legatis. primo. l. ſi quis inquilinos. Item quia hoc ordi-
natur ad perpetuam viduitatem inducendam: quia ſi non habet
dotē non pōt nubere ⁊ ſic non valet. ff. de iure patro. l. adigere dic ſe-
cundum legem ciuilem probibitus eſt contractus ⁊ alienatio ⁊ ſecū-
dum illam non valeret principale nec acceſſorium ſed ſecundum ca-
nonē iuramentū obligat hāc diuerſitatē inducit diuerſitas finis q̄r
lex cōſiderat ꝙ vtile corpori et omnia trahit ad hūc finē etiāſi preiu
dicet anime ⁊ ſic ſcđm illā legē cū ſit inutile corpori ne mulier nubere
poſſet ꝓhibet alienationē. Sed lex canonica cōſiderat vtile anime:
ergo licet cum aliquali corporis detrimento iuramentū ſit obſerua-
bile ſeruari debet hec non ad plenum ſatiſfacit: quia ſi lex probibet
⁊ prohibitum eſt vt prohibet ſeruari debet licet peccet nō obſeruās.
Item ⁊ iura canonica non volunt valere iuramenta contra leges vt
in. ca. cum contingat vel ſecundo ſi mulieri aliter poteſt cōſuli valet
iuramentum vt hic ⁊ in auſ. ſiue a me. C. ad vellei. ſi aliter non poteſt
conſuli non valet contractus nec iuramentum ad preiudicium mu-
lieris. So. hec eſt ꝯtra hanc decre. que loquitur indiſtincte. Vel ter-
tio ſi iuramentum non eſt obligatorium contra legem aliquid pro-
hibentem: vt turpe: vt in contrarijs: ſecus ſi contractus eſt altero re-
ſpectu inualidus a lege qua propter turpitudinem iurantis quia lꝫ
non valeat contractus valet tamen iuramentum propter periculuꝫ
anime vt hic: ſic alias obligatio non tenet ⁊ tamen valet iuramentū
ſ. e. debitores. ſed non ſoluit quia inquantum ſe obligat contra legē
turpe eſt cum obligat ſe ad inobedientiam. Vel quarto ſi lex probi-
bens contractum habet cauſam firmam: etiam inuariabilem ⁊ per-
petuam probibendi non valet contractus nec iuramētum ſi habet
variabilem ⁊ temporalem tunc poteſt valere ſed inquantum interce-
dit iuramentum trahi poſſet ad caſum quo lex permittit ⁊ ita hic nā
licet hic probibeatur contractus alienationis rei dotalis tamen lex
non perpetuo probibet immo aliquando permittit: interueniente
bino conſenſu vt in auſ. ſiue a me. C. ad velle. preſtito autem conſen-
ſu in contractu. ſi ſecundo iuretur iuramento habetur pro conſenſu.
ſecūdo igitur adaptatur ad caſum a lege permiſſum ⁊ ſic valet quod
agitur. dat ſimile glo. in pacto. l. cōmiſſorie. de quo de pigno ſignifi-
cante. So. non placet primo quia auſ. ſiue a me. non loquitur in re
dotali ſed obligata pro re dotali. Item loquitur quando duplex cō-
ſenſus interuenit interuallatus quo caſu ſecundus conſenſus preſu
mitur deliberatus hic quando eodem inſtanti quo caſu preſumitur
eadem facilitate preſtitus quo primus. ff. de nouatio. l. doli. niſi dica
tur ꝙ conſenſus iuramentalis propter eius ſolennitatem ⁊ pericu-
lum in dubio deliberatus preſumatur. Videnda ſunt duo. Primo
effectus iuramenti inquantum non repugnat legi. ſecundo quid iu-
7 ris inquantum repugnat. ¶ †Ad primum dic ꝙ iuramentuꝫ litis
deciſorium habet effectum quia obligationem producit ⁊ in factuꝫ
actionem ſi informiter eſt preſtitum ideſt non ſuper aliqua materia
apta ad inducendam obligationem vt patet. C. de iureiurā. l. actori.
l. non erit. §. dato. ff. e. et hic quia ſubrogatur loco ſententie. l. j. ff. de
iure iur. et. l. ait pretor. Si formiter eſt preſtitum. i. in materia apta
ad inducendā obligationem iuramentū preſumitur circa materiam
tali preſumptione que non admittit probationem in contrarium
⁊ ſic agi poteſt ex actione deſcendēte ex ꝯtractu iurato probato per
iuramentū. l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit: ⁊. §. marcellus. ff. de iureiurā.
Si iuramētum ſimpliciter extra litem vel materiam aptam ad actio
nem producendam preſtatur aut inducat ius agendi de iure ciuili:
nec actionem nec obligationem etiam naturalem producit quia nō
ordinatur ad obligandum parti ſed deo ⁊ de obligatione dei lex nō
curat vt pote que nihil habet de anima prouidere: habet formaꝫ ali-
quam obligandi quia nec contractus nec pactum eſt qui duorum eſt
conſenſus. l. j. ff. de pactis. ⁊. l. inter ſtipulantem: in prin. ff. de ver. ob.
Simile in pollicitatiōe. ff de pollici. l. j. ⁊. ij. Fallit in ſtipulatiōe ope
rarum: vt. l. vt iureiuran. ff. de ope. liberto. ſed dico quod ibi ideo: q̄r
ibi precedit quedam obligatio naturalis: qua ad antidora obliga-
tus eſt libertus ad preſtanda opera que propter remunerationem li
bertatis que quandoqꝫ habet neceſſitatem preſtandi vt. l. non ſoluꝫ
§. ſi libertus. ff. de ope. liber. ideo tunc iuramentum propter naturaꝫ
cauſe ſe extendentis ad perſonam obligat perſonam perſone. Ideꝫ
dico vbicunqꝫ alias procederet obligatio naturalis quia iuramen-
tum etiam de iure ciuili ſuper illa preſtitum induceret obligationem
ad hoc. l. j. §. ſi debitū. ff. de cōſti. pec. Ideo dicit Hoſti. ꝙ obligatio
ex compromiſſo iurato oriatur q̄r ibi adeſt duplex conſenſus: nam ⁊
alias operatur duplex cōſenſus vt in cōpromiſſo emologato quod
inducit obligationem ⁊ patet in. l. ſiue a me. C. ad vellei. ⁊ in. l. ſi mu-
lier. C. ad vellei. dicit Hoſtiē. ſ. de arbi. per tuas. de iure autem cano
nico an ex iuramento producatur actio videtur quod ſic. no. xij. q. ij.
quicunqꝫ. xxij. q. v. iuramenti. Innocen. de iudi. nouit. ⁊ de conſtitu
tio. cum veniſſent. tenet quod ex iuramento non oritur actio: fatet
tamen quod agi poteſt ad obſeruantiam per viam denuntiationis:
vt no. in. ca. nouit. ⁊ in. ca. quintauallis. ſ. eo. dic quod agitur officio
iudicis recitat quod multi tenent quod agatur per dictuꝫ. c. iuramē-
ti. Hoſtien. in dicto. c. cum veniſſent. tenet ꝙ de iure canonico aga-
tur ⁊ Archid. idem in dicto. capitu. iuramenti. idem Bartho. quia
ius canonicum mandat vt ſeruētur iuramēta que poſſunt abſqꝫ in-
teritu ſalutis eterne ſeruari: et ſic ne inane ſit mādatum agitur: vt. l.
ſtatuas

ſtatuas.de acquiren.rerum domi.⁊ hec opi.mihi placet:quia de iu-
re canonico ſolus conſenſus obligandi ſaltem ſecūdario qui hic ad-
eſt cuicunqꝫ permittatur:vt not.glo.prima.queſtione.vij.quotiens
oculus.ad hoc tex.ꝰ.eo.ex reſcripto.non obſtat.ꝰ.eo.debitores.qꝛ
ſi iuramentum pactum eſt parti iam eſſet turpe ex parte recipiētis
⁊ ſic non valeret:quia principaliter obligat deo ſecūdario parti:⁊ fa
teor quod in.c.debitores ibi deficit ſecundaria obligatio:ſed nō pn
8 cipalis:vt ibi dixi.¶ † Uenio ad ſecundum quid iuris inquantum
iuramentum repugnat legi:⁊ tunc aduertendi ſunt aliqui caſus.
Primus quando iuramentum repugnat legi inquātum repugnat
atqꝫ eſt contra bonos mores ⁊ iuramentum non obligatorium.de
regu.iur.non eſt obligatorium.lib.vj.ꝰ.eo.quanto.ad hoc.l.ſtipula
tio.hoc modo.de verbor.obligatio.cum ſi.ideo iuramentum ſuper
futura ſucceſſione alicuius non valet contra.l.fin.C.de pactis.quia
pactū inducit votum captāde mortis de quo dic vt.l.ſtipulatio.hoc
modo.de verbo.obligatio. Item non valet iuramentum per quod
tollitur libertas contrahendi ⁊ diſſoluendi matrimonium:quia cō-
tra bonos mores.ff.de verbo.obliga.l.titia.de ſponſa.gemma.cum
man.Secundus caſus quando iuramentum tendit ad firmandum
actum contra legem reprobatam fundatam ſub fauore publice vtili
tatis principaliter ⁊ iuramentum non obligat:vt de ſo.compe.ſi di
ligenti.lib.vj.C.de agri.⁊ cenſi.l.ij.⁊.l.quemadmodum li.x.per que
dicit Barto.in.l. ſi quis pro eo quod iuramentum ſuper alienatiōe
illarum que ſunt affixa edibus non firmaret contractuꝫ nec eſſet ſer-
uandum.l.cetera.de le.j.l.ſenatus.de contrahen.emptio. Idem di-
cit de iuramento tendente ad affirmandam prorogationem inſtan-
tie:quia hoc eſt contra publicam vtilitatem:vt.l. properandum.§.
ſin autem reus.C.de iudi. Item iuramentum tendens ad firmandū
contractum alienationis rei eccleſiaſtice contra debitam ſolennita
tem non obligaret prelatum.ꝰ.eo.c.ij.⁊ dixi.ꝰ.eod.ſicut.licet valeat
inquantum tangit aliquod preiudicium perſonale iurantis vt dixi
in dicto.c.ſicut.⁊ no.de re.eccle.non alie.ſi quis preſbyterorum ⁊ de
inſtitu.cum veniſſent.Ex hoc patet an valeat iuramentum de non
cedendo bonis.Frede.diſputat ſuo conſilio.lviij.⁊ concludit pactū
valere quia non eſt cōtra bonos mores nec habet cauſam perpetuā
prohibitionis.de quo per Cyn.in.l.fi.C.de his qui bo.ced.poſ.⁊ di-
xi aliquid.ꝰ.eo.ex reſcripto.Bar.ergo tenet contrarium:quia eſt cō
tra bonos mores.l.alia.§.eleganter.ff.ſolu.matri.de quo in ſpec.de
renuntia.⁊ conclu.§.primo.ad ſi.verſi.eſt beneficium.tenet opi.bar.
Tertius caſus quando contractus informatur a lege principaliter
ratione vtilitatis priuate ſecundarie publice vt in alienatione rei
dotalis.ne mulier careat dote ⁊ conſequenter non poſſit nubere et
ex hoc impediatur liberorum procreatio ⁊ repletio liberorū ciuita-
tis:vt.l.prima.ff.ſolu.ma.Barto.in.l.ſi quis pro eo ⁊ in auten.ſacra
menta.dicit quod ſi lex dirigit prohibitionem ad perſonā vt ne mi-
nor alienet ne mulier alienet ſtatuimus ⁊ prohibemus iuramentuꝫ
non obligat:quia ex quo dirigit prohibitionem ad perſonam agit
prohibere perſonam:ideo inquantum nititur in vetitum a lege in-
currit pactum inobedientie ⁊ conſequenter ſe inuinculat ⁊ iuramen
tum vt nutriens peccatum non eſt obſeruabile abſqꝫ preiudicio ſalu
tis eterne ⁊ ſic non obligat vt hic ad quod de ma.⁊ obe.c.primo.cuꝫ
concor.ibi alleg.xj.queſtione.j.qui reſiſtit.xiiij.queſtione.j.que pre-
cipitur cum ſi.Si vero lex inhibens contractum non loquitur in p-
ſonam:ſed in rem vt res talis non alienetur ⁊ ſimilia:quia intentio
non fuit ligare:ſed ſolum inquantum agit quis intentio eſt annul-
lare actum vnde contractus inualidatur a lege nihilominus iuramē
tum obligat:quia poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis eterne vt hic.⁊
dicit quod hoc caſu validabitur contractus vt in aut.ſacramēta pu
berum.C.ſi aduerſus vend.⁊ quod non tantum obligetur iuramen-
to:ſed etiam validetur contractus patet quia alias ſi ex contractu
ſolueret cum ille non haberet ius retinendi poſſet repeti.vt.ꝰ.c.de-
bitores quod eſt contra auten.ſacramenta pube.prealleg. Item qꝛ
rem teneret ſine cauſa:quia iuramentum ordinatur ad obligandum
deo tantum ⁊ non parti.idem Calde.hic quia alias deciperet legeꝫ
canonicam ſi res tranſiſſet per multas manus tamen iuramentum
non obligaret ſucceſſores.vt.ꝰ.eo.veritatis:vnde a ſucceſſoribꝰ poſ
ſet repeti.⁊ idem Frede.ſuo conſilio.cclxxj.puto quo ad primum mē
brum quod inquantū lex aut ſtatutū eſt precepti quod ſi ſiat in ma
teriam ponderoſam ⁊ periculoſam ⁊ vt breuiter loquatur per que-
cunqꝫ verba loquatur ſtatutum vbicunqꝫ ſtatutum intelligitur eſſe
precepti ⁊ illaquearet ad peccatum contrauentio quod quando ſit
plene dixi.de conſtitu.nam concupiſcentiam tunc puto quod iura-
mentū non obliget vbi non eſt precepti ita quod illaquearet ad pec
catum tunc valeret iuramentum.Ex his concluditur quid de his iu
ramentis que preſtantur per mulieres in rebus dotalibus ⁊ in velle-
iano vel p minores ſine conſanguineis vel per filiosfamilias an iura-
mento firmetur.Barto.in dicta.l.ſi quis pro eo tenet quod iuramē-
ta non obligent vbi diriguntur ad perſonam ſtatuta.Fred.in ratio
ne ſui in cōſilio.cclxiiij. videtur velle iuramentum obligare:ſed cre-
ditorem teneri ad relaxandum quaſi peccet recipiendo iuramentuꝫ
contra legem per capitulū debitores.ꝰ.eodem.⁊ iudicem teneri ad
relaxanduꝫ vel relaxari faciēdum puto quod ſi ſtatutum habet fun
damentum ſolius fauoris ipſius qui iurauit quod iuramentū ſemp
obliget etiam in conſequentias remotas at ſi ſit in prohibitione fa
uor publicus ſicut quod liberi procreentur vel quod ciues diuites
maneant ⁊ locupletes ⁊ non depauperentur:quia inquantum pre-
ceptum dirigitur ad perſonam puto fauore perſone preceptum ſa-
pit naturam conſilij.ff.mandati.lege prima.l.cum pater.§.man-
dato.ff.de leg.ij.l.titio.in principio.ff.de conditio.⁊ de cui.ſi.ad hoc
quia precepta intelliguntur ſecundum naturam mere.xj.queſtione
iij.rogo.⁊ dixi plene in dicto capitulo. nam concupiſcentiam. Nec
ob.quod contrahens ſecuꝫ turpiter agat quaſi veniat contra legeꝫ
que eſt precepti ⁊ ſic peccet recipiens quaſi faciat contra legem:cum
lex non ſit precepti ⁊ obligatoria:ſed conſultoria intelligatur.vnde
nec ſecum contrahens ligatur ad peccatum.Talia ergo iuramenta
ſeruanda niſi lex ſtatuens in prohibendo habeat reſpectum ad aliō
quā ad fauorem ⁊ fragilitatem iurantis dum tamē doli ſit capax iu-
rans.de delic.pue.c.primo ⁊ ſecundo ⁊ hoc puto verum etiam ſi ſta-
tuta annullent iuramenta vel prohibeant:quia prohibere iuramen
ta non ſpectat ad iudices ſeculares nec legem ciuilem.ad hoc quod
not.Hoſtien.ꝰ.eodem quemadmodum.ſuper glo.in verbo oculos
⁊ Frede.in loco prealleg. Item quia talia iuramenta cum principa-
liter dirigantur in deum non ſunt ſubiecta legi maxime ciuili.de re-
gula.licet ad hoc quod not.de teſtamen.cum eſſes ⁊.c.relatum puto
idem ſi iuramentis daretur vt ſolennitas a ſtatuto:quia talibus lex
ciuilis non poteſt addere ſolennitatem inquantum obligatio diri-
gitur in deum ſicut dicimus in diſpoſitionibus ad piam cauſam:q̄
a deo mouetur vt.l.prima.C.de ſacro ſanc.eccl.⁊ quod no.in dicto
c.relatum.⁊.c.cum eſſes.item ſi annullarent inſtrumenta vel fraudē
preſumerent.alia non apparente cauſa preſumendi vel ſi imponerēt
penas venientibus ad contractum:quia omnia talia confringi poſ
ſent ad excludendam iuramentalem obligationem via indirecta vbi
directa fieri non poteſt contra regulam cum quid vna.de priuileg.
quanto.non ob.quod dicitur de voto in.l.ſecūda.ff.de pollicita:qꝛ
non valent leges ille inquantum infringunt votum vt not.xxxij.q.
ſecunda mulier gloſſ.penulti.⁊ vltima.⁊ ſcribit Frede.ſuo conſi.cclx-
iiij.per que puto quod aliquid extrinſecus non accedente iuramen-
to obliget prodigum dum tamen ſit ſenſus capax quicquid ſenſe-
rit Frede.ſuo conſilio.xxx.⁊ Barto.ff.de verbo.oblig.is cui.ad hoc
quia equiparatur inquirendo pupillo pubertati proximo vt no.in
l.is cui ⁊ ex delicto obligatur vt ibi no.ergo iuramēto.de delic.pue.
c.primo ⁊ ſecundo ⁊ conſequenter iuramento.Nec ob.quod interdi
cta ſit ei adminiſtratio:quia non per hoc interdictum eſt iuramentū
nec interdici potuit.Nec ob.quod lex equipararet eum furioſo:qꝛ non
attenditur in hoc equiparatio legis ⁊ quia quicquid eſt fundatum
eſt ſub fauore ſuo:vnde in hoc non peccat contra interdictū:licet cō
tractus a lege annulletur.Nec obſtat quod legis reſiſtētia impediat
naturalem obligationem.ff.de fide.l.cum lex.l.ſi non ſortem.§.pri-
mo.ff.de condi.indebi.pari ergo ratione iuramentum:vt.xxij.qō.v.
iuramenti:quia illud verum quia non attenditur in hoc equipara-
tio legis:⁊ quia quicquid eſt fundatum eſt ſub fauore ſuo.vnde in
hoc non peccat contra interdictuꝫ:licet contractus a lege annullet.
Nec ob.quod legis reſiſtentia impediat naturalem obligationem.
ff.de fide.l.cum lex.l.ſi non ſortem.§.primo.ff.de condi.inde.pari er-
go ratione iuramentum.vt.xxij.queſtione.v.iuramenti:quia illud
verum quando illi prohibitioni conſonat ius diuinuꝫ vt in vſuris.
Item licet poſſet infringere naturalem inquantum obligatur parti
⁊ etiam iuramentalem quo ad ſecundariam obligationem que diri-
gitur in partem non infringit nec infringere poteſt obligationem
iuramenti inquantum principaliter dirigitur in deum. Nec in hoc
ſunt tunc paria ſimplex loquela ⁊ iuramentum quia iuramentū pn-
cipaliter in deum dirigitur loquela in partem quo ad cuius cōmo-
dum lex potuit obligationem impedire.ad quod.ꝰ.eodem debito-
res.Ex quibus concludo quod hoc caſu iuramētum obligat:ſed nō
firmat contractum vt ex eo agi poſſit excipi:effectus autem validita
tis iuramenti erit quod poterit cogi ſaltem via denuntiationis vel
officio iudicis ad obſeruantiam iuramenti vel alijs remedijs quibꝰ
cogitur iurans de ſoluendis vſuris.ꝰ.eodem.debitores.Nunquid
autem habeat aliquod ex his caſibus remediuꝫ contra iuramentū.
Puto quod inquantum non arguitur aliqua deceptio que habeat
in ſe annexum dolum ſaltem preſumptum vel inquantū ſtatim non
conſentit contractui non ſit aliquod remedium per quecunqꝫ verba
ſtatutum loquatur.Nec etiam habebit remedium ſoluendi ⁊ repetē
dis his caſibus vt puto.Non obſtat.c.debitores quia ibi arguitur
turpitudo ex parte eiꝰ cui ſoluitur:ideo datur repetitio:quia tunc
iuramentum non obligat niſi vt iuramentum ſoluat hic nulla adeſt
turpitudo.Nec obſtat quod debet poſſe repetere cum ſine cauſa ſit
penes eum ſolutum ſaltem condictione ſine cauſa non eſt penes eū
teneo qꝛ obligatus es deo ad mihi tradendum vel dādum ⁊ quo ad
te liberas edes habeo:quia ſufficit te repetere non poſſe non implet

enim obligatio iuramenti:qua tenetur deo ex momentaneo imple
mento niſi arguatur turpitudo in recipiēte:vt in.c. debitores vel ex
hoc maius bonum impediatur de ſponſa.commiſſuȝ.Per que pu
to quod ⁊ heredes iurantis tenebuntur ad obſeruantiam iuramen
ti non quaſi contraueniendo ſe illaqueant ad periurium : quia iu-
ramentum quo ad hoc eſt perſonale:vt dixi.ſ.eodem veritatis: ſed
quaſi contraueniendo illaqueent animam defuncti ad quam exone
randam tenentur vt in.c.ſi.de ſepult.⁊ capitulo in literis . de rapto.
cum ſi.Nec etiam ceſſionarius haberet effectuale ius agendi ad ius
primeuum ceſſum contra quod eſt iuramentuȝ vbi eſſet ceſſionariꝰ
ex cauſa lucratiua:quia talis exceptio tranſit ad eū vt in.l.apud cel-
ſum.§.de autoris.⁊.§.ſed cuȝ legitima.ff.de doli exceptio. fateor qđ
vbi ex cauſa non lucratiua eſſet ceſſionarius quod ei iuramentum
non obſtaret per ibi not.⁊ quod aliud poteſt imputari contrahenti
cum talibus perſonis qui ſcit vel ſcire debet contractum nullum : et
iuramētum perſonaliter obligare vnde nullum aliud eſſet niſi ceſſio
ex cauſa non lucratiua vbi apta eſſet materia ceſſioni vt in aliena-
tione rerum ſic prohibitis:cedens tamen eſſet periurus : quia per
alium moleſtat vt not.ſpecu.in titu.de arbit.§.ſequitur verſicu. ſed
ſi quis iurauerit.vbi autem deceptio argueretur in contractu ⁊ ali-
ter non obuiaret iuramentum:quia eſſet ſimplex ſuper contractu:
tunc haberet remedia ſi deceptio eſſet enormis.de quibus.ſ.codeȝ.
debitores vt dixi.ſ.eodem quintauallis.ad hoc gloſſ.ſ.eodem ve-
niens.in gloſſ.ſi.cum iuribus que allegat.⁊ hoc quia in enormi pre-
ſumitur dolus ⁊ ſubeſt cauſa ſic preſumēdi:vt.l.omnes.§.lucius. de
his que in frau.credi.ff.de probatio.l.qui teſtamentum . ⁊ quod ibi
not.vnde adeſſet turpitudo ex parte eius cum quo contrahit et cui
iurauit.Et idem puto ſi contractus iniretur cum ſtatim veriſimili-
ter conſumpturo vbi hoc conſtaret euidentia facti vel quia notorie
eſſet prodigus vel cui bonis vt prodigo foret interdictum: quia hic
aliqualis eſt turpitudo ex parte contrahentis qui materiam dat iu
ueni conſumpturo ad proprium conſumendum vt lex ex cauſa legi-
tima fraudem in talem preſumit.vt.ff.pro empto.l.ſi quis cum ſci-
ret.ff.de mino.quod ſi minor.§.fina.⁊.l.ſi vero.non remunerandi.§.
adoleſcens.ff.mandati.ff.quarum rerum actio.non dat.l.ij.vnde ſi
mutuaret vel contraheret cum parato ad ludum vel canuto notorie
in actu ludi vel in vanitatibus mulierum remedium foret aduer-
ſus iuramenta.per illa iura.Nec puto ſufficere ſi ſtatuta preſumant
fraudem dolum vel deceptionem ad euertenda iuramenta niſi ha-
beant aliquam aliam cauſam preſumendi promptam:alias aperta
eſſet via legi ciuili ad prohibenda iuramenta indirecte quod nō eſt
concedendum vt.ſ.dixi.⁊ hoc de primo.dicit ſecundo Barto.quod
ſi prohibitio dirigitur in rem fauore perſone vt quia prohibet con-
tractum vel alienationem minorum vel ceſſionem vel obligationeȝ
quod contractus annullatur per legem. Sed iuramentum obligat
iurantem ⁊ infirmat contractum per auten.ſacramenta ⁊ ſic intelli-
git hic.Inquantum dicit quod nullus eſt contractus non aſſiſten-
te iuramento bene dicit quia lex reſiſtit contractui. Et ſatis puto
quod impediat naturalem ⁊ ciuilem inquantum dicit quod robo-
rat iuramentum contractuȝ vt ex eo agi poſſit. iura canonica dicūt
ſimpliciter ſeruari iuramentum ⁊ auten.ſacramenta.dicit ſacramē-
ta cuſtodiri immobiliter nec dicunt aliquid de contractu.Sed Bar
to.dicit ſic ea debere intelligi per auten.ſacramenta:⁊ quia ſi iura-
mentum non reprobaret contractum ſolutum poſſet repeti per.c.
debitores ⁊ heredes poſſunt venire contra contractum : quia iura-
mentum eſt perſonale.ſ.eodem veritatis ⁊ quod ibi not. ⁊ quia res
eſſet ſine cauſa penes eum cum quo contrahit:⁊ ſic poſſet repeti con
dictiōe ſine cauſa quod ſequitur Calde.quia faciliter caſſaretur effe
ctus iſtorum iurium per ceſſionem alteri factam de iure competen-
ti vel vbi res tranſiſſet per multas manus propter perſonalitateȝ iu
ramenti.Et idem Frede.ſuo conſilio.cclxxi.que oīa abſurda ſunt
puto quod contractus non validetur niſi vbi hoc lex canonica ex-
primit vel ciuilis.Sed ex quo lex nō reſiſtit perſone licet prohibeat
contractum vel alienationem ex iuramento obligatur ⁊ reſpectu
obligationis qua dirigitur in deum ⁊ ſecūdarie que dirigitur in par
tem ex quo non adeſt in parte alia turpitudo etiam ſi ſtatutum det
ſolennitatem contractui ⁊ illum annullet ceſſante ſolennitate quic-
quid ſenſerit Fred.in locis preallég.quia lex ciuilis potuit prohibe
re contractum:⁊ impedire omnem obligationem vt.l.ſi non ſortem
§.j.⁊ lex canonica non roborat ex iuramento contractum: ſed dicit
iuramentum ſeruandum inuiolabiliter propter peccatum.vnde ni
hil cogit contractus validetur.Non obſtāt abſurditates quod poſ-
ſet implendo contractum repetere quia ex quo nulla arguitur turpi
do ex parte tenentis:non habet locum.c.debitores.Nec ob. ſi dica-
tur adeſt turpitudo ex quo contrahit contra legem:quia in hoc ni-
hil peccat in deum licet temere agat.Et ſufficit ſi adeſt culpa aliqua
pena nullitatis contractus . Item recipiendo iuramentum nō pec-
cat quo ad legem dei que permittit illum fauore temporali propter
anime votum obligari ⁊ iſti obligationem talem recipere.Non ob.
quod impletum ſine cauſa teneat : quia cauſam habet a iurante re-
ſpectu ſecundarie obligationis ex iuramento que ad deum dirigi-
tur:vnde habet ius tenendi ⁊ ſaltem quo ad iurantem habet libe-
ras edes ex quo agere non poteſt obſtante iuramento nec iuramen-
tum impletur momentaneo implemento:quia non adeſt turpitu-
do in recipiente.Non obſtat quod non tranſeat iuramentum ad he
redes:quia licet perſonaliter non obligentur ad periurium ſeruare
tenentur ne ledant animam defuncti.de ſepult.c.fina.⁊ de rapto .in
literis.Non obſtat quod ceſſionarius poterit venire cōtra:quia nō
poterit habens cauſam lucratiuam vel vbi ceſſio fiat cuȝ fraude vbi
habeat oneroſam ⁊ non appareat fraus dico quod tunc licet cōtra-
ctus non validetur ex iuramento ſurget obligatio que protēdet vin
culum in partem ſuper obſeruantia contractus que producet obli-
gationem ſimilem ⁊ illius nature cuius eſt contractus ⁊ obſtabit oī-
bus ⁊ proficiet quibus obſtaret ⁊ proficeret contractus ⁊ ſic firmiter
obſeruabit ⁊ inuiolabiliter iuramentum ⁊ hec eſt ipſa veritas.Per
que puto quod aduerſus iuramentum niſi alia arguatur deceptio
non dabitur remedium. Et ex his patet differentia an prohibitio
dirigatur ad perſonam an ad reȝ . hec omnia puto etiam ſi ſtatutuȝ
annullet contractum ⁊ iuramentum:vt quia dicit ſtatutuȝ quod nō
valeat quarta promiſſio vel iuramentū abſq; cōſenſu patris a filio
vel minore ſine conſenſu conſanguineorum:quia vt dixi.ſ.lex nō po
teſt annullare iuramentuȝ:⁊ quia ex quo hoc fit fauore perſone ⁊ ceſ
ſat turpitudo in contrahente ⁊ alia non apparet deceptio:licet fuit
contra legem dei inquantum recipitur iuramentum erit obligato-
rium nec annullabitur ex turpitudine quia lex dei non habet hoc ꝓ
turpi quod ſeruet iuramentum parti:vt habuit in intentu : licet lex
aliud velit.puto tamen quod inquantum annullat iuramentum lex
quod impediri poteſt ſecundaria obligatio que protenditur in par
tem:ſed non iuramentum inquantuȝ dirigitur deo.Nec habebitur
regreſſus ad relaxandum iuramentum ⁊ poterit denuntiari ⁊ offi-
cium iudicis exorari ad obſeruātiā iuramenti vbi ſi nō annulaſſet:
vel prohibuiſſet iuramentum agere poſſet propter ſecundariam ob
ligationem que dirigitur ſaltem de iure canonico in partem qua.
per que patet Fred.ſuo conſilio.cclxiiij.non ex toto bene dicere nec
in hoc diſtinguo adultū a filiofa.quē quid ſenſerit Io.an.poſt Iac.
i addi.ſpec.in ti.de ſen.prola.§.vt cōiter ver. hoc autem not. Nō ob.
ſi dicatur non referre an prohibeat contractum vel perſonam:quia
prohibendo contractum videtur prohibere perſonas cōtrahentes.
quia verum:ſed ſolum propter finem contractus non propter pec-
catum inducendum ⁊ ſolum propter fauorem pſone quem licet attē
dat ciuilis lex non canonica que intendit bonum anime ⁊ non cor-
poris vt dixit glo.⁊ quia quis debet potius omnia mala tempora-
lia pati ⁊c.quam agere cum anime detrimento.quod metus cauſa.
9 ſacris.† Ex his decidit de donatione facta inter coniuges ⁊ deter-
minat Frede.ſuo conſilio.cxxxv.illam validari iuramento : ſed pu-
to quod non firmetur iuramento ipſa donatio propter legis reſiſtē
tiam:ſed teneatur donans ad obſeruantiam iuramenti vt proxi.di-
xi:allegando.ſ.eodem ſi vero.de preſcript.ſi diligenti.⁊ alle. hoc de
pactis.c.ij.lib.vj.de pign.ſignificante.⁊ auten.ſacramenta. Non ob.
quod per talem donationem videatur ceſſare ſtudium alimentatio
nis liberorum.ff.de donatio.inter virum ⁊ vxo.l.ij.quod erit de iure
naturali.l.ius naturale.de iure natura.⁊ tale non valet.ſ.eod.quin-
tauallis.⁊.c.cum quidam.⁊ no.ſpec.in titu.qui filij ſint legitimi.vſi.
ſed pone quidam;quia per tales donationes non directe nec ſemp
hoc inducitur:licet interdum poſſet contingere occaſionaliter ⁊ ta-
les ocaſiones adeo remote non attenduntur vt not.ſ .eo. ſi vero.in
glo.ij.de pact.c.ij.libro.vj.in ſi.ſecundum Frede.idem Barto. in.l.ſi
quis pro eo.⁊ Guil.de cu.in.l.ſe.⁊ ſi poſſeſſori.§ .item ſi iurauero.ff.
10 de iureiurā.† Ex his patet de iuramentis ſuper tranſactis alimen-
torum. Barto.dicit quod valet iuramentum in.l.ſi quis pro eo.Cō
trarium videtur ſentire in.l.cum is .ff.de tranſacti.⁊ etiam quid de
iuramento ſuper tranſactione non viſis verbis teſti.⁊ dicit ibi qđ
hic eſt in fauorem publice vtilitatis.⁊ in.l.de his.ff.de tranſact. per
quod videtur quod non valeat iuramentū.dic contra.quia principa
lis vtilitas eſt priuata niſi ex hoc ſurgat magna vel doloſa deceptio
vt.ſ.dixi.Nec puto remedia cōpetere contra iuramēta ſi alia nō eſt
turpitudo:quia odium non eſt rationabile ex toto ex parte recipiē
tis tranſactionem:ſed ſolus fauor illius ne multum detur pro modi
11 co.de pactis.Quis libro.vj.† Ex his deciditur an valeat iuramen-
tum de non cedendo bonis vt ſic pro debito poſſit capi. videtur qđ
hoc iuramentum eſt contra bonos mores:vt.l.alia.§. eleganter. ff.
ſolu.matrimo.⁊ ibi Bar.⁊ quod not.in auten.ſicut in initio.de act.
⁊ obliga.⁊ in.l.ij.qui bo.ce.poſ.dixi.ſ.eo.c.ex reſcripto.not.in ſpec.
de renun.⁊ conclu.§.j.ad finem.ver.item eſt beneficium.tenet Fred.
de.⁊ placet ſuo conſilio.lviij.quod valet pactum ⁊ iuramentum : qꝛ
non eſt cōtra bonos mores. Nec habet perpetuam prohibitionis
cauſam niſi eſſet notoria ⁊ manifeſta mēdicitas paupertas ⁊ fames
quo caſu iuramentum non obligaret vt cōtra ius naturale ſicut nec
12 pactū nec iuramentū valet vt filius nō petat alimenta.† Ex his pa-
tet quid de prohibitione ne fideiuſſores dotium dentur an iuramē-
tum ob-

tum obligaret ſi fideiuſſores obligentur ⁊ iurent. Barto. dicit quod non: quia prohibitio dirigitur ad perſonam ⁊ quia vt ibi dicitur gl. hec eſt ius prohibitorium cui renuntiari non poteſt: quia ex renuntiatione ſurgit peccatum ⁊ hoc puto non illa ratione: ſed quia notatur ex hoc quedam diffidentia ⁊ non cõfidentia inter coniuges que ſibi inuicem ꝓmittunt cõtra bonum matrimonium: quia debẽt eſſe cor vnum: quia quaſi contra bonos mores non validabitur iuramẽtum nec contractus. Quartus caſus principalis quando contract⁹ annullatur vel reſcinditur ex legis reſiſtentia: quia datur leſio vel deceptio in contractu. dic ſiquidem cõtractus iuratur ſimpliciter: vel quod non contraueniet contractui: ſed obſeruabit contractum: ſiquidem velit redarguere contractum ex deceptione doloſa ⁊ hoc conſtat poteſt non obſtante iuramento quia iura que firmant talia iuramenta illa confirmant quando non ſunt dolo vel metu preſtita vt patet hic. de pactis ꝗuis. lib. vj. ⁊ de iureiurã. licet ⁊ in auf. ſacramẽ
13 ta. C. ſi aduer. vendi. †Et puto quod vbi dolus excludat mentem iurantis in eo quod eſt deceptus vt cenſeatur a iuramento exceptum delictum ⁊ quod doloſe eſt actum. ff. de pact. l. tres fratres. ⁊ legitima cauſa: vt. l. pe. de nõ nume. pecu. quod abſqꝫ alia abſolutione poterit venire contra: licet ſit tutius petere abſolutionem quando autem dolus non excluderet conſenſum exigitur abſolutio. per nota. de iureiurã. debitores. ⁊. c. ſi vero. ⁊. c. verum. Non excludit autem cõſenſum ſi fallacijs me indicis ad aliquid agendum dolo dãte cauſaꝫ cõtractui quia me inducis ad conſentiendum: licet arte. idem ſi ſuades mihi rem valere plus quam valeat. Secus ſi tibi vendo reꝫ credens tanti eſſe ⁊ non pluris: quia in tanto conſentio ⁊ non in pluri. Si non conſtat quod dolo ſum deceptus tunc credo qȯ ſiue ſit minor ſiue maior ſi deceptio eſt in magna quantitate quia in hoc preſumitur dolus. l. omnes. §. lucius. ff. de his que in frau. credit. ⁊ in. l. ſi teſtium. ff. de probatio. quod poterit reſilire a contractu: per ſua remedia. Non obſtat iuramento ⁊ adhuc non eſſet neceſſaria abſolutio: quia tales enormes deceptiones ⁊ remedia videntur a iuramento excepta. vt. ꝫ. eo. quintanallis: licet ſit cautius vt petatur propter verba ſimplicia iuramenti que notabunt venientem contra ſaltem in facto ⁊ propter dubium voluntatis cum verba ſic indefinite ſint concepta: quia ad factum dirigitur iuramentum quod valet omnia hec comprehendere vt dicit Barto. in. l. ſciendum. ff. de verbo. obli. ⁊ in. l. ij. de reſcind. vendi. ad hoc quia tex. iſti concludũt iuramenta dolo preſtita ergo ſiue dolus ſit actu ſiue re ipſa non obuiãt iuramẽta poteſtati reſcindendi contractum. Hec vera hic puto etiam ſi verba ſunt nedum indefinita: ſed generalia vt quod iurat non venire cõtra aliqua ratione vel cauſa quacunqꝫ: quia ab iſtis verbis vt ciuili modo intellectis tales deceptiones poſſunt ⁊ debẽt excipi: vt. l. creditor. §. lucius. ff. manda. ff. de pact. l. tres fratres. Sed ſi verba ſunt magis ſpecifica: ita quod aperte excludant remedia: vt quia iurat venire contra ratione enormis deceptionis tunc ſi concludunt ad vnũ remedium ⁊ non ad aliud: vt quia iurat non venire contra ratione minoris etatis illud tantum excluditur ⁊ non aliud no. Jo. and. de emptio. ⁊ vendi. c. ſi. ad quod. de preben. non poteſt. cum concor. lib. vj. no. etiam Barto. in dicta. l. ij. C. de reſcin. vendi. ⁊ ibi Cyn. Si cõcludunt ad omnia remedia in maiore iuramentum excludet remedium contra contractum: ⁊ remanebit contractus validus ex quo aliter non annulletur a iure in minore. idem quo ad leuem leſioneꝫ quo ad enormen non puto valere contractum ⁊ iuramentum: ſꝫ poterit petere abſolutionem a iuramento in caſu enormis ⁊ enormiſſime leſionis ⁊ non leuis: quamtũcunqꝫ dicat in iuramento ſpecifice quod non veniet contra contractum ratione enormis leſionis: licet Barto. ⁊ alij contra in. l. ij. de reſcinden. vendi. quod puto plus ĩ minore. Si etiam addiceretur quod omne illud ⁊ totum donat ⁊ donare intendit contrahenti ſecus vt multotiens ponitur in contractu: ⁊ eſt cauſa quia licet contractus ſit validus ⁊ iuramentum cum in tãtum ledens contrahentem non eſt abſqꝫ fraude ⁊ dolo qui cõtra hic nedum cum conſumpturo: ſed cum actu male conſumente. ff. de procu. l. ſi quis cum ſciret. ⁊. l. ſi vero non remu. §. adoleſcens. ff. manda. ff. de mino. l. ſi minor. ff. quarum rerum actio non datur. l. ij. vnde cũ fraus ſit ex parte recipientis canonica iura non aſſiſtunt talibus iuramentis. Et hoc puto etiam ſi iurauerit omnia ⁊ ſingula vera eſſe: ⁊ illud eſſe verum preciuꝫ rei: quia cõſtito de oppoſito talia poſſunt reuocari. de iureiuran. cũ impoſitionibus. ⁊ quod ibi not. quia iuramentum preſtitum cenſetur ſub confidentia quod illud ſit verum ꝑcium quod ſtatuit: vnde reperto rem aliter ſe habere non eſt periur⁹ licet temere iurauerit. ꝫ. eo. quemadmodum. xxij. q. ij. per totum: et ſic de facto conſului in vna puella que a quodã ſuo attinente ſic fuit inducta vt iuraret equitatem habet quod eſt deciſum: quia talia verba apponuntur a notarijs a ſe ⁊ aliquãdo ſub inuolucro verborum concipiuntur talia iuramẽta a minoribus maxime feminis que nõ
14 intelligunt quid agant. ¶ †Quintus caſus quando iuramentũ tẽdit ad firmandum cõtractum inualidum in odiuꝫ eius cui preſtatur ⁊ qui ſuſcipit iuramentum. Barto. dicit quod contractus nõ validatur iuramẽto ſed bene valet iuramentũ ſi turpitudo non ex parte iurantis vel odium. Nã ſi cauſa prohibendi. ⁊ odium ſit ex parte ſuſcipientis contractus conſiſtit ex parte vtriuſqꝫ vt. l. labeo. de verborũ ſignifi. annullatᷣ in perſonam vtriuſqꝫ. Sed ex iuramẽto obligatᷣ deo licet ſecundaria obligatio iuramenti prout protenditur in partem: annulletur ⁊ hic eſt caſus in. c. debitores: ⁊ ex iuramẽto competerent remedia ⁊ cõtra iuramentũ. de quibus. in dicto. c. debitores: ⁊ inter cetera. no. vnũ quod poteſt agi contra creditorem ⁊ peti: vt a iudice: vt compellatur deſiſtere ab agendo vt no. gloſſ. xv. q. vj. autoritateꝫ ⁊ ibi dixi per que dicit quod filiuſfami. renuntiat macedo. ⁊ iurat nõ venire contra. Quod iuramentum obligat hic poſſit petere abſolutionem vel vt iſte deſiſtat vel abſoluat puto quod ſi lex prohibens habeat rationale odium in recipiente ob quod prohibeat ⁊ ipſe recipiendo turpiter recipiat quod procedat dictum Bart. ſecus ſi nõ habet rationale odium: quia tunc non recipit turpiter: ⁊ licet faciat contra legem non peccant cum lex non habeat rationalem cãm prohibẽdi. Ideo ſi ſtatutum prohibeat contraheteꝫ cũ minori abſqꝫ certa ſolennitate ex hoc annullabitᷣ cõtractus: ſed nõ iuramentũ ⁊ ex quo turpiter ſecundum deum non ſuſcipit: quia totum quod fit: ſit fauore minoris obligatio aderit reſpectu ſecũdarij vinculi in partẽ ⁊ non poterit peti abſolutio. Quicquid dicat Barto. in. l. ſi quis pro eo qui hunc caſum decidit ſecũdum caſum. c. debitores per quod poteſt reuocari in dubium quid de filiofami. mutuante ⁊ iurante. Bar. tenet quod. ꝫ. cui adherere videtur Jo. and. in addi. ſpecu. in titu. de ſenten. prolati. §. vt aũt ver. hec aũt. imo plus ſentit qȯ nec iuramentũ teneat: qꝛ cõtra bonos mores puto qȯ ſi ſtatutũ vel lex adeſſet in loco vbi hec frequentanᷣ quod filij ex hoc inducantur ad occidẽdos prẽs qȯ talia iuramenta vt turpiter preſtita ⁊ contra bonos mores nõ obligarent iurantem ſalteꝫ ſecundarie obligationis que dirigitᷣ in partem ⁊ anteꝗ̃ abſolueret poſſet peti abſolutio: quia ⁊ inquãtũ peteret turpiter peteret ⁊ ſubeſſet cauſa prohibendi: licet forte ſolutum obſtante iuramento non poſſet repetere quaſi tunc ceſſaret cã: quia verecundia non induceretur ad interficiendum prẽm ex quo iã ſoluit ⁊ licet turpiter retineret vbi autem eſſemus in loco vbi cõmuniter ex mutuis nõ inducerentur ad tãtum malum ⁊ veriſimiliter vt in chriſtianis hodie qui valde talia abhorrent quod poſſet dici qȯ iuramentum obligaret. Nec poſſet peti abſolutio. Facit ad hoc qȯ dixi de immu. eccle. plerĭqꝫ ⁊ maxime vbi euidens neceſſitas adeſſet in filiofami. Sic enim preſumpſit macedo. quia tunc ſi agebatur: et frequentabatur ceſſet ergo quo ad vinculum dei preſumptio legis: ⁊ attendatur veritas qȯ immutatur obligatio in deum. Ex hoc poteſt decidi quid de officiali qui prohibetur emere tempore officij: nũquam iuramentũ obliget Barto. idẽ per omnia quod. ꝫ. dixi in vſurario ⁊ in filiofami. extra per. l. non licet. ff. de contrahen. empt. ⁊. l. j. C. ſi quacunqꝫ predi. po. l. fin. C. ſi quis alteri vel ſibi. Hoc puto quia habet in ſe tacitũ metum ⁊ preſumptũ a lege ⁊ ex veriſimili cã: vnde ſubeſt cauſa petẽdi abſolutionem a iuramẽto: licet forte ſi ĩpleret cõtractũ nõ poſſet repetere. Nec habet locum. c. debitores: quia turpiter non teneret ceſſante metu vel alia turpitudine ex pacto. Ex pacto pꝫ quid in pacto legis cõmiſſorie in pignore vt ſi feci pactũ qȯ ſi non redimerem pignus. j. tm̃ tempus pignus eſſet tunc pro debito: odio creditorum lex prohibet ⁊ annullet pactũ. C. de pactis pign. l. j. ⁊. ij. ĩ. pigno. ſignificante. Bar. dicit idẽ: quia contractus eſt nullus ⁊ iuramentũ nõ firmat cõtractũ nullum: ſed bene vꝫ iuramẽtũ ⁊ obligat ad implendũ. hꝫ tamen remedia ꝯ iuramentũ de quibus in. c. debitores hoc plꝫ: qꝛ hoc cõiter cõtingat ꝯ charitatẽ debitore habẽte anxietatẽ habẽdi pecuniã: ⁊ creditore habẽte animũ lucrãdi. vltra ſortem ꝯ charitatem hꝫ hic annexam turpitudineꝫ: ⁊ ius illam ꝑſumit ex patente cã vnde hic ſapit ſpeciem vſure. Idem ergo qȯ in. c. debitores. Impedietur ergo cõtractus nec validabitᷣ iuramento et iuramẽtũ valebit per reſpectũ ad obligationẽ que dirigitur ad deũ non reſpectu ſecũdarie que dirigitur ad partẽ. Ex hoc patet quid de cõtractibus qui ꝓhibenᷣ cũ forẽſibus vel nõ ſubditus ptãti: quia ſi in hoc publica attenderetᷣ vtilitas iuramenta non firmarent: ſi odiũ irrationabile tunc iuramentũ obligaret ⁊ firmaret forte contractuꝫ tenẽdo qȯ Bar. vel ſaltẽ obligaret effectũ iuramẽti: ⁊ eccleſia nõ audiret petentem abſolui ⁊ ſimiliter de cõtractib⁹ que prohibenᷣ inter
15 partiales. ¶ †Sextus caſus qñ lex nõ reſiſtit contractui ſed nõ aſſiſtit vt in ſtipulatione facta alteri. ff. de verbo. oblig. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. Et in pacto nudo ſecundũ ius ciuile. bar. putat qȯ ex iuramẽto validetᷣ pactum ſicut ſtipulatio penalis illi adiecta obligat: vt no. in. d. §. alteri. ⁊. C. de ꝯhen. ⁊ cõfirman. ſcrip. l. nuda ad hoc optime. j. q. vij. quotiens oculus cordis per Jo. ⁊ no. in ſpe. de leg. §. nũc oſtendendũ ver. xxiiij. in. xj. colum. ver. hoc quoqꝫ notandũ. in ſi. Et no. Ray. in ſũma de iuramẽtis ⁊ plurĭjs paulo ante finẽ. Idem ſi deficit alia ſolennitas legalis vel ſtatuti dũ tñ aſſit conſenſus obligandi. dicit tamen quod ſi lex illi vt ſolenni. dat aliquod robur vltra viꝫ conſenſus iuramentum non dabit ſibi illam vim vnde non faciet ſtipulationem valere: ſed valebit vt conſenſus veſtitus: nam tunc licet non valeat vt ſtipulatio valebit vt pactum nudum: quia habet in ſe iuramentum clauſulam: quod ſi non valet vt ago valeat vt poteſt: vt in. l. cum pater. §. filijs matrem. de leg. ſecundo per que dicit quod licet fideiuſſor qui intercedit in duriorẽ cauſam vel in plus quam

principalis non obligetur vt fideiuſſor:quia deficit forma contra-
ctus obligabiſ eo modo quo poteſt vt principalis promiſſor. Hec
vera quatenus ſe extendit conſenſus vel quando contractus nõ de-
ficit in cõſenſu nam ſi deficeret in conſenſu vel quia deficeret ex toto
vel quia eſſet limitatus vltra conſenſuʒ iuramentum non obligaret
Iuramentum enim regulatur ſecundũ metas conſenſus :ꝛ modos
principalis contractus ſuper quo iuratur.l.ſi.C.de non nu. pec.ꝛ.l.
ſi.qui ſatiſda.cogan.et.l.ſi.ad muncip.et.l. ſi libertus de oper.liber.
16 ¶ †Septimus caſus eſt quando contractus vel actus deficit ratio-
ne ſolẽnitatis probatorie.Bar.dicit quod iuramẽto non firmatur
quia talis ſolennitas videtur fauore publice vtilitatis addita: nec
poſſunt pactis aut iuramentis priuatorum tolli:vt.l.ius publicum
ff.de pactis ꝛ.l.nemo poteſt de le.j.Dicit tamen quod iuramentum
interpoſitum ſuper aliquo contractu: habet vim illius clauſule.Si
non valet vt ago valeat vt poteſt.Ideo ſi ſuper teſtamento iuratur
vbi non eſt ſolẽnis numerus teſtium perinde erit ac ſi dixit ſi non va
let iure teſtamenti valeat iure codicillorum puta qꝺ niſi ſolennitas
omnino fundetur ſuper publica vtilitate: quod non impediat obli-
gationem iuramenti vt in contractibus datur ſolennitas ad fauo-
rem numerorum vel mulierum ꝛ etiam in illis in quibus ſolẽnitas
eſſet inuenta ob publicam vtilitatem vbi non impletum lederet ani
mam vt in legatis iuramentum obligaret. ¶ Octauus quando lex
inhibet contractum ratione rei ſuper qua non eſt cõmercium vt in
re ſacra vel in re fiſci in re publica.dicit qꝺ iuramentum nõ obligat
tanꝙ impoſſibile continens vel de facto vel de iure.l.apud iul.§.j.
de leg.j.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.de verbo.obliga.vt quia con-
ſenſus priuatorũ nõ poteſt ſupplere defectum rei. Ex his deciditur
an cõtra contractum ſimulatum ꝛ iuratũ quis poſſit venire non ob
ſtante iuramẽto an debeat ſeruare iuramentum.glo.in.l.emptione.
C.plus valere quod agi.tenet iuramentum non obſtare quin poſſit
opponi de ſimulatione quãdo actum ſit contra legeʒ.C.de legi.l.nõ
dubium.alleg.C.de contrahen.emptio.l.ſi ancillam puto conſiderã
dum modum ſimulandũ ſi ſimulant ſe agere quod intendũt nõ vale
re licet iurant ꝛ ſic ſimulant iuramentũ.exemplũ vt vitem collectas
vel cõdemnationem fingo mea tibi vendidiſſe:actum tamen eſt in-
ter te ꝛ me vt contractus non valeat tunc iuramentum nõ obligat:
quia deficit in voluntate iurans ꝛ recipiens:licet ſic fingant: alˀs iu-
ramentum eſſet contra intentionem ꝛ haberet quandam contrarie-
tatem.Sic intelligo Barto.ff.de lega.primo.l. nemo poteſt . Si ſi-
mulatio eſt de vno contractu ad alium contractum eſt magis dubiũ
ſi agunt vt verus contractus ſubſiſtat ꝛ ille ſeruetur ꝛ non apparens
Idem ecce de contractu venditionis non ſoluitur gabella ſic de cõ-
tractu donationis agunt vendere.Sed ſimulant donationem. Idẽ
quia voluntas ſe obligandi in apparenti deficit.Si autem agunt vt
ſeruetur apparens contractus ꝛ non is cuius loco ſimulantur:vt qꝛ
vſurarius ſimulat de pignore venditionem vt lucretur fructus vel
vt vſuras habeat ꝛ tunc hic ſubrogatus ſuccedit loco veri ꝛ nõ eſt ve
rus contractus puto quod ſi vterqꝫ cõtractus poteſt ſeruari ab vtro
qꝫ abſqꝫ peccato vel turpitudine iuramentum obſtat ꝛ ſeruari de-
beat quod iuratur.Si autem ſubrogatur loco contractus turpis vel
qui non poterat ſeruari abſqꝫ periculo anime tunc puto quod iura
mentum non excludat iurantem ſeruare ſimulatum:quia iuramen
tum ꝛ ſimulatio tendunt ad implementum primi contractus illiciti
ꝛ ſic non obligat ſicut nec obligaret reſpectu primi contractus illici-
ti:ꝛ illa remedia habet que haberet cõtra primum verum contractũ
ſi eſſet iuratus:hec vera inquantũ iuraſſet ſimpliciter de non venien
do contra contractum ſimulatum ꝛ de illo obſeruando.Sed ſi preſti
tiſſet iuramentum quod communiter preſtatur:vt quia iuraſſet oĩa
ꝛ ſingula eſſe vera que in inſtrumento ſunt contenta ſicut hodie cõ-
muniter notarij apponunt tunc iuramentum excluderet inquantũ
veniret cõtra oſtendo ſimulationem cum ex hoc detegeret ſe periuꝝ
ꝛ ſic repelleretur tanꝙ detegens ſuam turpitudineʒ.de donatio.in
ter dilectos:niſi veniret per viam denuntiationis euangelice ad ex-
onerandam conſcientiam aduerſarij:quia in hoc non obſtaret tur-
pitudo:inquantum animã inſequit:vt no.de teſti.ex tenore.ꝭ.codẽ
quemadmodum ad ſi. Inquantum.ꝭ.dixi contractum iuratum nõ
poſſe dici nullum nec reſcindi ex quo iurauit de obſeruando.Eſt ve-
rum quando nullitatẽ argueret ſubſiſtentem vel ſurgentem ex cauſa
ſubſiſtendi ſecundũ tempus iuramenti.Secus ſi cauſa nouiter ſub-
ueniret:quia iuramentum nõ excluderet:quia refertur ad cãm ſubſi
ſtentem ſecundum tempus iuramenti.de renũtia.cũ inter pe.gauf.
Ideo ſi iuraui ſeruare contractum donationis non excludor a ve-
niendo cõtra contractum ſi poſtea cõtractus ex ſtatuto annulletur:
quia donatarius.j.certum terminum non ſoluit gabellam:vel quia
non fecit infra certum tempus vt debuit inſinuare : nam talia iu-
